G. Klaffenbach

Symbolae ad Historiam Collegiorum Artificum Bacchiorum.

L Gr.
K635

SYMBOLAE AD HISTORIAM OLLEGIORUM ARTIFICUM BACCHIORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

GÜNTHER KLAFFENBACH
BEROLINENSIS.

236050
27. 9. 29.

DIES PROMOTIONIS: DIES 29. M. APRILIS MDCCCCXIV.

Germany

Rettulerunt ad ordinem de hac dissertatione

U. de Wilamowitz-Moellendorff Dr. Prof. publ. ord.

E. Norden Dr. Prof. publ. ord.

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE)
TYPOGRAPHUS UNIVERSITATIS, BEROLINENSIS, LINIENSTR. 158.

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

CONSPECTUS ARGUMENTI.

pag.

Praefatio 7

I. Inde a quo tempore artificum Bacchiorum collegia exstent . . . 10

II. Qua ratione Romani erga technitarum sodalicia usi sint 24

III. Prosopographia Attici collegii 47

Epimetrum I 67

Epimetrum II 70

Index 73

Tituli suppleti vel supplendi propositi 75

COMPENDIA.

AM = Mitteilungen des deutschen archäologischen Instituts. Athenische Abteilung.
BCH = Bulletin de Correspondance Hellénique.
BGU = Aegyptische Urkunden aus den Kgl. Museen zu Berlin. Griechische Urkunden.
BphW = Berliner philologische Wochenschrift.
CIL = Corpus Inscriptionum Latinarum.
Collitz = Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften, herausgegeben von H. Collitz, F. Bechtel und O. Hoffmann. Göttingen 1884 ff.
Connor = Chapters in the history of actors and acting in ancient Greece together with a prosopographia histrionum Graecorum by John Bartholomew O'Connor. Chicago 1908.
D^2 = G. Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum. Ed. II. Lipsiae 1898—1901.
DOr = G. Dittenberger, Orientis Graeci inscriptiones selectae. Lipsiae 1903—1905.
Εφ = *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική.*
FdD = Fouilles de Delphes (École Française d'Athènes).
GGA = Göttingische gelehrte Anzeigen.
IG = Inscriptiones Graecae.
Michel = Ch. Michel, Recueil d'inscriptions grecques. Paris 1900, 1912.
PA = Prosopographia Attica ed. J. Kirchner. Berolini 1901, 1903.
P.-W. = Pauly-Wissowas Realencyklopädie der classischen Altertumswissenschaft.
Rh. M. = Rheinisches Museum.
Sundwall = J. Sundwall, Nachträge zur Prosopographia Attica. Helsingfors 1910.
Wilhelm UDA = A. Wilhelm, Urkunden dramatischer Aufführungen in Athen. Wien 1906.

Iam multi sane viri docti in cognoscendis artificum Bacchiorum collegiis versati sunt, quorum scripta in temporum ordinem digesta enumero:

Otto Lüders, Quaestionum de collegiis artificum scenicorum prolusio. Dissert. Bonn. 1869.

idem, Die dionysischen Künstler. Berlin 1873. (Lüders)

Paul Foucart, De collegiis scenicorum artificum apud Graecos. Lutetiae Parisiorum 1873. (Foucart)

Ludwig Friedländer, De artificibus Dionysiacis. Ind. schol. hib. Regimont. 1874.

Hermann Sauppe, De collegio artificum scaenicorum atticorum. Ind. schol. aest. Gotting. 1876 (= Ausgewählte Schriften p. 703 ss.) (Sauppe) cf. etiam quae idem vir doctus de Luedersii et Foucarti libris rettulit GGA 1874 p. 768 ss.

Albert Mueller, Lehrbuch der griechischen Bühnenaltertümer. Freiburg 1886 p. 392 ss. (Mueller)

Daremberg-Saglio s. v. 'Dionysiaci artifices' (P. Foucart 1891).

Franz Poland, De collegiis artificum Dionysiacorum. Progr. Dresd. Wett. Gymn. 1895. (Poland progr.)

Erich Ziebarth, Das griechische Vereinswesen. Leipzig 1896 p. 74 ss. (Ziebarth)

Hans von Prott, AM XXVII 1902 p. 166 ss.

Franz Poland, Geschichte des griechischen Vereinswesens. Leipzig 1909 p. 129 ss. (Poland Gesch.)

Johann Oehler, Epigraphische Beiträge zur Geschichte der dionysischen Künstler. Progr. des Mädchen-Obergymn. Wien 1909. (Oehler)

Gerhard Plaumann, Ptolemaïs in Oberaegypten. Leipzig 1910 p. 60 ss.

Mariano San Nicolò, Aegyptisches Vereinswesen zur Zeit der Ptolemäer und Römer. München 1913 p. 46 ss. (Nicolò)

Haec sunt scripta potiora; alia in opusculo ipso afferam.

Qui viri docti quamquam omnes optime de hac quaestione meriti sunt, tamen etiam multa esse exploranda, qua est amplissima doctrina, Wilamowitz non ignorat. Itaque animum meum firmavit, ut et ipse his rebus operam darem et symbolas quasdam dare conarer. Velim sane hoc mihi contigisse. Tractavi autem ea tantum technitarum collegia, quae ante conditam permagnam totius imperii Romani synodum reperiuntur, quia haec ab illis longe diversa est. Id tamen hic monuerim nunc de hac quoque synodo iam aliquanto accuratius iudicari posse. Cum enim veterum collegiorum ultima vestigia medio fere primo a. Chr. n. saeculo inveniantur, iam Augusti aetate *τοὺς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον ἱερονείκας στεφανείτας καὶ τοὺς τούτων συναγωνιστάς* exstitisse certe docet papyrus BGU IV 1074, de qua luculenter egit P. Viereck Klio VIII 1908 p. 413 ss.; continet haec initio epistulam imperatoris Claudii a. 43 ad illos technitas datam, cuius haec verba supersunt: (v. 2) *τὰ δὲ [ὑ]πὸ το[ῦ] Θ[ε]οῦ Σεβαστοῦ δ[εδ]ομένα ὑμῖν νόμιμα καὶ φιλάνθ[ρ]ωπα συνιηρῶ* (novissime Wilamowitz me delegavit ad titulum Milesium nr. 156 [interea editum], qui eiusdem imperatoris epistulam a. 48 *τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ἱερονείκαις καὶ τεχνείταις* inscriptam amplectitur; etiam hic legitur '*τὰ ὑπὸ τῶν πρὸ ἐμοῦ Σεβαστῶν καὶ τῆς συνκλήτου δεδομένα δίκαια*'). Atque videntur ergo etiam *οἱ ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἱερονῖκαι καὶ στεφανεῖται*, qui in epistula triumviri Antonii ad *τὸ κοινὸν τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἑλλήνων* ut videtur a. 33/2 a. Chr. n. scripta (quam papyrum Kenyon Classical Review VII 1893 p. 476 ss. publici iuris fecit atque Brandis Hermae XXXII 1897 p. 509 ss. diligentissime pertractavit) occurrunt, quamquam additamentum *περὶ τὸν Διόνυσον* deest, technitae intellegendi esse, ita ut iam Antonii, non Traiani demum, tempore collegium technitarum *ἀπὸ τῆς οἰκουμένης*, cuius posteris temporibus aliae quoque appellationes exstant, exordium cepisse sumendum sit (cf. Brandis l. c. p. 522; Nicolò p. 53 ss.; Rehm in commentario ad Milesium illum titulum confecto). Conicias hos ipsos fuisse illos *περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας*, quibus

Antonius[1]) *Πριήνην ἔδωκεν οἰκητήριον* (Plut. Ant. 57). Sed satis de his.

Restat priusquam ad rem propositam ipsam aggredior, ut iis viris doctis, qui imprimis me omni modo adiuverunt, praeter magistrum carissimum Wilamowitzium Hiller de Gaertringen Kirchner Pomtow, gratias quam maximas agam.

---

[1]) ipse *Διόνυσος νέος* nominari amabat (Socrates Rhodius apud Athen. IV p. 148c; Plut. Ant. 60; Cassius Dio XLVIII 39; cf. etiam tit. IG II[1] 482 = II[2] 1043 v. 23).

I.

INDE A QUO TEMPORE ARTIFICUM BACCHIORUM COLLEGIA EXSTENT.

Hac de quaestione magna est dissensio inter viros doctos, quorum sententias omnes proferre longum est. Hoc autem iure non iam probari videtur ex eo, quod Ister in vita Sophoclis narrat[1]), concludendum esse hunc poetam primum technitarum collegium congregasse (cf. Poland progr. p. 9; Koehler Rh. M. XXXIX 1884 p. 295). Etiam eam sententiam, quam nuper denuo Oehler (p. 4) protulit, eis quae Chamaeleon apud Athen. IX p. 407 b. c. de poeta Hegemone prodit[2]), demonstrari quinto a. Chr. n. saeculo artificum scaenicorum sodalicium exstitisse ('das Vorgehen des Hegemon setzt ein Standesgefühl bei den Techniten voraus, das ohne Organisation nicht zu denken ist')[3]), recte mihi quidem iam Lüders (p. 63) reiecisse videtur his verbis: '(Chamaeleon) überträgt Begriffe und Institutionen späterer Zeiten auf eine viel frühere Periode, in der er das Auftreten des Hegemon in Athen ansetzt, und in der von einem solchen

---

[1]) Jahn Elektra p. 5: *φησὶ δὲ καὶ Ἴστρος τὰς λευκὰς κρηπῖδας αὐτὸν* (scil. *Σοφοκλέα*) *ἐξευρηκέναι, ἃς ὑποδοῦνται οἵ τε ὑποκριταὶ καὶ οἱ χορευταί, καὶ πρὸς τὰς φύσεις αὐτῶν γράψαι τὰ δράματα, ταῖς δὲ Μούσαις θίασον ἐκ τῶν πεπαιδευμένων συναγαγεῖν.*

[2]) *καθ' ὃν δὲ χρόνον θαλασσοκρατοῦντες Ἀθηναῖοι ἀνῆγον εἰς ἄστυ τὰς νησιωτικὰς δίκας γραψάμενός τις καὶ τὸν Ἡγήμονα δίκην ἤγαγεν εἰς τὰς Ἀθήνας. ὃ δὲ παραγενόμενος καὶ συναγαγὼν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας προσῆλθε μετ' αὐτῶν Ἀλκιβιάδῃ βοηθεῖν ἀξιῶν. ὃ δὲ θαρρεῖν παρακελευσάμενος εἰπών τε πᾶσιν ἕπεσθαι ἧκεν εἰς τὸ Μητρῷον, ὅπου τῶν δικῶν ἦσαν αἱ γραφαί, καὶ βρέξας τὸν δάκτυλον ἐκ τοῦ στόματος διήλειψε τὴν δίκην τοῦ Ἡγήμονος. ἀγανακτοῦντες δ' ὅ τε γραμματεὺς καὶ ὁ ἄρχων τὰς ἡσυχίας ἤγαγον δι' Ἀλκιβιάδην, φυγόντος δι' εὐλάβειαν καὶ τοῦ τὴν δίκην γραψαμένου.*

[3]) cf. etiam J. Toepffer, Attische Genealogie p. 183 not. 1: „das älteste Zeugnis für die Existenz dieser Genossenschaften".

Kollektivbegriff noch nicht geredet werden kann.' Quamquam vero per se non satis idoneum argumentum est, tamen notatu quidem dignum esse puto, quod cum ex titulis compertum habeamus sodales eorum collegiorum, de quibus agimus, semper fere '*οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται*' appellatos esse atque inde ab iis temporibus, quibus haec collegia inveniri possunt, etiam apud scriptores sic audiant (cf. Chamaeleonem, quem modo attulimus; Polyb. XVI 21; Diod. IV 5, 4; Plut. Cleom. 12 etc.; cf. Oehler p. 3; Poland Gesch. p. 129), ita ut suspiceris in primis collegiis condendis hanc rationem dicendi ortam esse, Aristoteles (probl. 30, 10 p. 956 b; rhet. III p. 1405 a 23), Demosthenes (XIX [*π. τῆς παραπρεσβείας*] 192)[1]), Chares Mytilenaeus (apud Athen. XII p. 538 f), auctor Diodori XX 108 (de quo cf. Schwartz P.-W. V p. 684 ss.) in technitis appellandis hoc ipso nomine usi non sunt. Gravioris autem momenti est titulus quidam Eretriensis, quem primus Kuruniotes *Ἐφ.* 1911 p. 1 ss. publici iuris fecit et novissime Hiller Wilamowitz Ziebarth unitis viribus iterum legerunt atque sagacissime tractaverunt (IG XII 9, 207). Exaratus Demetrio I Macedoniam tenente (ca. 294—288) complectitur legem de certaminibus Dionysiorum et Demetriorum in Euboea ponendis, quae praecipue ad technitas respicit. Constituitur, ut singulae Euboeae urbes Chalcidem legatos *διαδώσοντας τὰ ἔργα τοῖς τεχνίταις* (qui nimirum non solum Euboeenses sunt, cf. v. 17) mittant: *τοὺς δὲ προβούλ[ου]ς καὶ στρατηγοὺς τοὺς Χαλκιδέων ἀ[πο]στεῖλαί τινα πρὸς τοὺς τεχνίτας, ἐπανγε[λοῦν(τα) τὰς] ἐργολαβίας καὶ ὅπως ἂν παρῶσιν οἱ βουλόμενοι ἐργολαβεῖν.* Notanda sane est ratio dicendi '*πρὸς τοὺς τεχνίτας*', cum exspectandum sit dici '*πρὸς τὸ κοινόν*' vel '*τὴν σύνοδον*', si collegia iam exstare sumimus; quae postea scilicet ipsa adita sunt (cf. e. gr. D² 693 [ca. 250]; Inschr. v. Magnesia 54 [ca. 206]; Collitz II 2569: de initio huius tituli a Pomtowio denuo lecto et suppleto cf. GGA 1913 p. 181 adnot. 1)[2]). Accedunt autem plura. In conducendis

[1]) De Aristotelis et Demosthenis locis cf. etiam Poland progr. p. 4 et not. 6; p. 9. — Neque tamen tacendum est eam appellationem, quam Aristoteles priore loco adhibet (*οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται*), etiam postea, sed rarissime, occurrere cf. Oehler p. 3.

[2]) Fortasse et collegiorum *πρόξενοι* qui commemorantur (velut IG VII 2486; Inschr. v. Olympia 405; DOr 51) inter alia munera etiam operis suscipiendis curaverunt.

τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐπαγγελλομένων τεχνιτῶν apparent et mancipes vel pararii (ita enim haud dubie *οἱ ἐργολάβοι* explicandi sunt[1])) et sponsores (*ἔγγυοι*). Utrisque non opus futurum fuisse, si tum iam sodalicia technitarum inventa essent, consentaneum esse mihi videtur; scilicet haec sodalibus suis et pararii et sponsoris munere functa sunt[2]). Denique cum de multis eorum technitarum, qui certamen deserunt vel alio modo *ἀτακτοῦσί τι περὶ τοὺς ἀγῶνας*, mentio fit, nihil de collegio quodam dicitur, quaenam huic in hos sodales agenda sint; postea nimirum etiam haec providentur cf. FdD III 1, 351 (a. 226) v. 39: [*καὶ μὴ τὸ κοινὸν μηδεμί*]*αν ζαμία*[*ν ἀ*]*φέληται τὸν ἐζαμ*[*ιωμ*]*ένον* — —. Ex his, quae exposuimus, colligendum esse puto aetate huius tituli nondum societates fuisse.

Primum vero documentum, quo certiores fimus technitas quosdam se congregasse, est Amphictionum decretum anni 277 (*ἐπὶ Ἱέρωνος ἄρχ. ἐν Δελφοῖς* = 278 7 cf. Pomtow P.-W. IV 2619: GGA 1913 p. 145) in honorem artificum Atticorum factum, cuius et exemplum Delphicum (FdD III 2, 68 vs. 61 ss.) et Atticum (IG II[1] 551 = II[2] 1132 vs. 1—39) servatum est. Ex verbis ipsis satis luculenter apparet his technitis, antequam consilium Amphictionicum adierunt (FdD III 2, 68 vs. 87 ss.: *ἵνα εἰδῶσιν οἱ*

---

[1]) cf. tit. Corcyraeum IG IX 694 v. 32: (*εἰ ἁ πόλις*) *παραγενομένων τῶν ἐργολάβων μὴ μισθώσαιτο τοὺς τεχνίτας*. — Coniunctum cum technita et sponsore habes *τὸν ἐργολάβον* in v. 43 tituli, de quo disserimus: [*ἡ δὲ*] *πρᾶξις ἔστω* [*τ*]*ε τοῦ τεχνίτου καὶ τοῦ ἐργολάβο*[*υ κα*]*ὶ τοῦ ἐγγύου καθ' ἑκάστην πόλιν ἐν αἷς ἂν λίπωσιν* (scil. *οἱ τεχνῖται τὸ ἔργον*); cf. etiam Mueller p. 408: Kuruniot. *Ἐφ.* 1911 p. 6/7. —

[2]) Eadem de causa etiam tit. IG IX 694 antiquiori aetati tribuerim; quae Dittenberger l. c. ad titulum s. II assignandum protulit, mihi non persuaserunt; Boeckh quidem de tertio saeculo cogitavit adnotans 'nummus quidem prytanis Aristomenis eius, cuius hoc loco mentio fit, cum inscriptione

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ ΑΡΙΣΤΟΜ[ΕΝΗΣ] ΑΡΙΣΤΟΛΑ[ΙΔΑ]

eiusdem fabricae est ac nummus Philotae prytanis, qui non multo antiquior videtur quam Ptolemaeus Philadelphus', sed Head historia numorum[2] p. 327 eos nummos, in quibus prytanis nomen exstat, annis 229–48 demum tribuit. — 'Litteraturam sane ignoramus' (Dittenberger). — Quales fuerint *ἐγγυηταί*, de quibus in papyro BGU IV 1074 inter technitarum privilegia Hadriani aetatis dicitur, diiudicari nequit, quia verba haud dubie corrupta sunt: v. 4 *καὶ κρ*[*ί*]*νειν μὴ καθισ*[*τ*]*άνειν ἐγγυητ*[*ὰ*]*ς ἀνεισφορίας αὐτῶν ὀν συνθ*[*ε*]*σίας* (cf. Viereck Klio VIII 1908 p. 418 9). Volui tamen ad hunc locum reiecisse.

τεχνῖται ὅτι οἱ Ἀμφικτίονες — — κτλ. — — κατακολουθήκα[ν]τι τοῖς παρακαλουμένοις ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν), iam 'ab omnibus Graecis' privilegia quaedam (*ἀσφάλεια* et certe etiam *ἀτέλεια*) tributa esse, cf. l. c. v. 70: *ἀλλ'* (sc. *ὅπως*) *ἦι αὐτοῖς ἀτέλεια καὶ ἀσφάλεια εἰς πάντα χρό[ν]ον ἡ συνκεχωρημένη ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλάνων βεβαία.* Haec privilegia nunc Amphictionum auctoritate confirmantur atque *ἀσυλία* quoque additur. Quamquam neque vocabulum *κοινόν* neque *σύνοδος* occurit[1]), sed sola appellatio *οἱ ἐν Ἀθήναις τεχνῖται*, tamen ex toto titulo dubium esse nemini sane potest, quin hic iam collegium exstet. Cum igitur servati tituli docere videantur Athenis primum artificum Bacchiorum sodalicium ortum esse, id alio testimonio confirmatur: nam in titulo quodam anni 117/6, de quo infra nobis longius disserendum erit, ipso quoque et Delphis (FdD III 2, 69) et Athenis (IG II 5, 551 c + II[1] 552 frg. a) reperto Amphictiones diserte praedicant Athenienses primum technitarum collegium constituisse, cf. exempli Delphici vs. 11 ss.: *ἐπει[δὴ] γεγονέ[ναι κ]αὶ [συνειλέ]χθαι τεχνιτῶν σύνοδον παρ' Ἀθηναίοις συμβέβηκε πρῶτον* et vs. 16 ss. (*ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*) *πρῶτός τε πάντων συναγα(γ)ὼν τεχνιτῶν σύνοδον [καὶ ἀγωνιστῶν θ]υμελικ[οὺς καὶ σκ]ηνικ[οὺ]ς ἀγῶνας ἐποίησεν.* Quae cum ita sint, videtur mihi quidem, si omnia, quae exposita sunt, reputamus, concludendum esse originem primi collegii cum initio saeculi tertii tum Atheniensibus tribuendam esse.

Nimirum iam antea artifices scaenicos communitate quadam usos esse per se apparet: magistratus Chalcidensium non ignorant, ubi versentur (cf. supra *ἀποστεῖλαί τινα πρὸς τοὺς τεχνίτας*). Ludorum igitur temporibus in certos locos conveniebant, ut operam suam locarent, atque sumendum est eos etiam studuisse incolumitatem aliaque necessaria privilegia sibi parare. Qua de causa adducor, ut credam verba illa supra allata *ἀτέλεια καὶ ἀσφάλεια — — ἡ συνκεχωρημένη ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλάνων* ad omnes technitas referenda esse. Sed primum iustum collegium Athenis ortum est illo tempore, de quo diximus modo. Atque iam etiam alia technitarum collegia condi videmus, instituta haud dubie ad exemplum Attici. De causa vero, cur hoc illa ipsa aetate factum sit, dubitari non potest, si consideramus tum maxime rem

[1]) Antiquissimus Atticus titulus, in quo *τὸ κοινὸν τῶν τεχνιτῶν* commemoratur, videtur esse IG II[1] 1351 (s. III) = D[2] 716.

agonisticam effloruisse et permultos novos ludos et in Graecia et in Asia et in Aegypto constitutos esse; necessarium igitur erat etiam musicos artifices causam suam artius consociare ad artem exercendam et iura defendenda.

Atque hanc coniecturam rectam esse demonstrat nomen alterius illius collegii, quod in Graecia invenitur, *τὸ κοινὸν τῶν τεχνιτῶν οἱ ἐν Ἰσθμὸν καὶ Νεμέαν συμπορευόμενοι* (haec videlicet antiquissima forma est cf. BCH XXXV 1911 p. 168 et tit. in epimetro II allatum; postea ut singulas varietates praeteream, de quibus cf. Oehler p. 5, plerumque *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* appellari solet). Id ergo per se patet hoc sodalicium necessario post et Isthmia et Nemea musicis certaminibus exornata conditum esse atque simul, si recte supra disputavimus, post Atticum collegium institutum. Quando igitur illis sollemnibus eiusmodi ludi additi sunt? Quod ad Isthmia attinet, hanc quaestionem positam esse in definiendo tempore tituli IG II[1] 1367 recte admonuit Reisch De musicis Graecorum certaminibus p. 77; enumerantur hic omnes victoriae, quas citharoedus quidam (*Νικοκλῆς Ἀριστοκλέους*) adeptus est. Inter quas leguntur verba *Ἴσθμια πρῶτος*, de quibus Reisch suo iure dicit: 'verba *Ἴσθμια πρῶτος* ita tantum explicari posse videntur, ut Nicoclem omnium hominum primum citharoedia in Isthmiorum sollemnibus vicisse statuamus primumque in Isthmiis citharoediae certamen illud fuisse, in quo Nicocles et certavit et vicit'. De constituenda vero Nicoclis aetate et Koehler (Rh. M. XXXIX 1884 p. 298), quem secutus est Reisch, et Koerte (Rh. M. LII 1897 p. 174 ss.) egerunt. Cum in titulo *Βασίλεια ἐν Ἀλεξανδρείαι* commemorentur, Koehler recte dixit: 'Die Erwähnung der alexandrinischen Festfeier verbietet, die Inschrift über das Jahr 331 hinaufzurücken'; nam nescio quo iure Koerte huius viri docti verba sic interpretetur, ut contendat eum ludos in honorem Alexandri institutos intellexisse atque idcirco ei opponat hos ubique *Ἀλεξάνδρεια* vocatos esse; immo Koehler nihil aliud censet quam titulum nimirum post Alexandriam conditam statuendum esse; sed quod idem addit: 'die letztere kann aber auch wegen der Schrift für nicht viel jünger gelten; sie wird um 310 entstanden sein', viro docto assentiri non possum. Etiam Koerte a sollemnibus *Βασίλεια ἐν Ἀλεξανδρείαι* proficiscitur, sed refert ea ad ludos eos, quos Ptolemaeus Philadelphus

c. a. 280/78 condidit (cf. D² 202 et Pomtow GGA 1913 p. 170 ss.), et ad horum exemplum *Βασίλεια ἐν Μακεδονίαι*, quae et ipsa Nicocles vicit, Antigonum Gonatam instituisse sumit; itaque titulum recentiori tempori tribuit. Quamquam haec stare nequeunt. Nam Philadelphi sollemnia 'Ptolemaea' appellata esse et iam antea coniectura collectum est (cf. Prott Rh. M. LIII 1898 p. 463 not. 1) et titulo IG V 2, 118, in quo legitur: [*Πτο*]*λεμαῖα* [*ἐν Ἀλε*]*ξανδρείαι*, comprobatur[1]). Neque id quod Koerte praeterea proposuit *Βασίλεια ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* condita esse, cum Ptolemaeus Lagi regium nomen assumeret, probabile est. Revertendum sane est ad Foucarti sententiam (cf. Revue archéol. 1875 p. 110 ss.), qui putat haec *Βασίλεια* (etiam in Euboea commemorantur cf. schol. Pind. Isthm. I 11) acta esse ad exemplum eorum sollemnium, quae post pugnam Leuctricam Lebadiae Jovi regi instituta sunt (Diod. XV 53). Atque profecto, si in titulo Magnesio (Inschr. v. Magnesia 132) haec sollemnia *τὰ Βασίλεια τὰ ἐμ Βοιωτοῖς* nominata invenimus et hic *Βασίλεια ἐν Ἀλεξανδρείαι* et *Βασίλεια ἐν Μακεδονίαι* exstant, apparet *Βασίλεια* eadem esse, quae locorum significatione distinguuntur (neque aliter de Basileis tituli CIG 3521 iudicandum erit). Cum autem ignoremus, inde a quo tempore Alexandriae vel in Macedonia *Βασίλεια* habita sint, hoc ergo modo tituli aetas definiri non potest. Sed recte Koehler aliud quoddam animadvertit. Est enim haud dubie Nicocles Aristoclis filius intellegendus propinquus Aristoclis citharoedi, qui fuit e dilectis Antigoni Gonatae (Diog. Laert. VII 1, 13; Athen. XIII p. 603 e). Ambiguum autem videtur esse, utrum pater an filius fuerit. Scilicet Koehlerum illud, Koertium hoc voluisse. Momentum facit litteratura tituli, quae Koehlerum fefellit. Neque enim cogitari potest eam saeculi quarti esse; immo litterae apicibus ornatae (imprimis ϟΛΑ notabiles sunt) utique recentiorem aetatem indicant atque Kirchner, peritissimus sane litteraturae Atticorum titulorum, mihi affirmat titulum non ante alteram partem saeculi tertii exaratum esse posse; itaque medio fere saeculo eum assignaverim.

[1]) Quod etiam *Φιλαδέλφεια* inveniuntur (D² 588) cf. Ferguson Journal of hell. stud. XXX 1910 p. 191: 'The Philadelpheia founded by the nesiarch Hermias in the name of Arsinoe Philadelphus was established in the year of her death 270.'

Ex quibus colligendum esse puto prima parte saeculi III musica certamina (nam si citharoedia, etiam alia genera admissa sunt) Isthmiis addita esse. De Nemeis nihil dici potest nisi exeunte tertio saeculo musica certamina reperiri (cf. Plut. Philop. 11; Paus. VIII 50, 3): in titulo modo allato non occurrunt. Conicias ea brevi post quam Isthmiis etiam Nemeis adiuncta esse. At contra medio saeculo tertio illud technitarum collegium, de quo dicimus, iam exstare certe docent et titulus Thesp. (D² 693), qui continet decretum horum artificum de comprobatione thymelici certaminis Museorum aliter constituti, quod c. a. 250 factum esse acute demonstravit P. Jamot BCH XIX 1895 p. 346 ss. (huc quadrant etiam ea, quae sub Attico technita nr. 158 proposui), et tit. Delphicus BCH XXXV 1911 p. 168 *ἄρχ. Λίνησίλα* = 247/6 (cf. Pomtow P.-W. IV p. 2624; GGA 1913 p. 145), quo Delphi eis *προμαντείαν προεδρίαν προδικίαν* conferunt. Quin etiam compluribus locis (v. 26/7; 34 ss.; 46 ss.) prioris tituli apparet collegium iam per aliquantum temporis inveniri.

Haec omnia satis mihi demonstrare videntur hoc sodalicium continuo vel brevi tempore post Atticum esse conditum[1]). Accedit autem aliud, quo id confirmari potest. Atticum enim technitarum collegium ex nullis aliis hominibus nisi ex ipsis Atheniensibus compositum fuisse infra comprobabimus. Quod si consideras atque quae de ea causa, quae ad condenda iusta collegia artifices impulit, diximus, sumendum sane esse puto, cum Athenienses technitae se congregarent, necessario mox etiam reliquos Graeciae technitas id egisse, ut collegium instituerent. Atque id ita est factum, ut hi scaenici artifices sodalicia parva in singulis oppidis condita simul ad magnum quoddam corpus coniungerent (*τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας*); singulis collegiis scilicet nomen oppidi adiciendum erat, velut *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται οἱ ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας,*

[1]) Consulto titulum quendam Deliacum (IG XI 4, 1059) omisi, qui optime sententiam modo relatam stabilire videtur. Initio enim huius fragmenti haec verba leguntur: [*ἔδοξεν τ*]*ῶι κοινῶ*[*ι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ κ*]*αὶ Νεμέας* atque editor (Roussel) de litteris dicit 'priore tertii a. Chr. saeculi parte non recentiores'. Neque tamen hoc argumento usus sum, quod mihi quidem haec temporis definitio propter recentius nomen collegii (cf. supra) dubia est; nescio an litterae fallant. Nam etiam anno fere 227 prisca illa appellatio *οἱ εἰς Ἰσθμὸν καὶ Νεμέαν συμπορευόμενοι* invenitur cf. titulum epimetri II.

συντελοῦντες δὲ ἐν Ὀποῦντι (Michel 1013); *τὸ κοινὸν τῶν π. τ. Δ. τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου* etc. cf. Poland Gesch. p. 135[1]). Praeter hoc magnum collegium et Atticum in Graecia ipsa nullum exstat; nam quod semel Thebis commemoratur *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐν Θήβαις* (IG VII 2484), nihil ad rem cf. Poland Gesch. p. 137[2]); idem vir doctus nuperrime (BphW 1913 p. 1135) recte contra illum Nicolò dixit: 'jedenfalls haben sich unabhängige kleine Kollegien in Griechenland selbst, deren Existenz S. N. behauptet [p. 49], noch nicht sicher nachweisen lassen'. Neque igitur accipiendum est a primo rivalitatis causa hanc societatem factam esse (sic Ziebarth p. 79); immo vero eam nihil aliud voluisse nisi omnes ceteros technitas Graeciae praeter Athenienses iam congregatos sociare; atque mihi quidem persuasum est ut Athenienses suos tantum cives sic rursus collegium *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* numquam Athenienses recepisse (e. gr. in tit. Delphico Collitz II 2569 [cf. de initii lectione correcta Pomtow GGA 1913 p. 181 adnot. 1] inter huius sodalicii artifices nullus Atheniensis reperitur). Quoniam autem Athenienses animos non induxerunt, ut cum illo magno collegio coalescerent[3]), procedente tempore inter utrosque maxima aemulatio et simultas necessario nascebatur; atque infra eiusmodi lites propius cognoscemus.

Cum sic artifices Graeciae ipsius se coniungerent, aliter fieri non potuit, quam ut etiam technitae Asiae minoris eorum exemplum sequerentur. Hic unum tantum collegium, non ex compluribus aliis compositum, conditum est[4]), cuius sedes Teos facta

[1]) Polandii sententia, qui putat haec minora collegia secundo demum saeculo orta esse (cf. l. c.), probabilis esse non videtur.

[2]) An hic fortasse intellegenda est illa synodus, quae per annos 116—112 se seiunxit? De hac cf. infra. Tempus sane tituli non repugnare videtur (Dittenberger l. c. 'mihi litteratura primum (scil. saeculum) aut adeo alteram partem secundi a. Chr. n. saeculi indicare videtur').

[3]) id etiam Poland non iam dubitat (Gesch. p. 131).

[4]) nam de uno loco (tituli Michel 1014 v. 13/4), qui Polandio (Gesch. p. 138 not. **) dubitationem movere videtur: *τῶν ἐνγεγραμμένων τεχνιτῶν καὶ μετεχόντων τῆς [ἑ]ν [Ἀ]θ[ήν]ε[κτενείας]*, cf. Wilhelm UDA p. 46 not. 1, qui haud dubie recte supplet: — — *νέμειν τ]ῶι Διονύσωι καὶ Ἰασεῦσιν εἰς τοὺς [συντελουμέν]ο[υ]ς παρ' α[ὐ]τοὶς τῶι Διονύσωι ἀγῶν[ας ἐκ] τῶν ἐνγεγραμμένων τεχνιτῶν καὶ μετεχόντων τῆς [ἡμετέρας συνόδου]* (sic etiam Poland ipse progr. p. 8 not. 44 proposuerat) *φιλίας ὑπαρχούσης κτλ.*

est cuiusque sodales *οἱ τεχνῖται οἱ ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου* iam in antiquissimo titulo (= epimetr. II; c. a. 227) audiunt. Neque igitur sententia eorum hominum doctorum (velut Foucart, Ziebarth), qui putant hoc sodalicium *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον τεχνιτῶν* fuisse, stare potest neque eorum (ut Poland, Prott), qui sumunt hoc nomen (*ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου*)[1]) postea demum ortum esse, cum antea simpliciter *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν* appellarentur. Quamquam ita in Asia ipsa breviter dici poterant (cf. Poland Gesch. p. 139 not. *). — Ut modo diximus, prima mentio huius collegii fit c. a. 227, quo tempore Aetoli his technitis *ἀσφάλειαν* et *ἀσυλίαν* tribuunt, ita ut conicias medio fere tertio saeculo hanc societatem institutam esse. Cuius historiam mihi quidem videtur Poland (Gesch. p. 139/140: imprimis Prottium AM XXVII 1902 p. 166 ss. secutus) recte narrare. Cum Antiocho victo Teos Pergameno imperio adderetur (cf. Polyb. XXI 24, 8 + V 77, 5), synodus *ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου* cum illo technitarum collegio coniuncta est, quod Pergami ortum erat atque *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον τεχνιτῶν* appellabatur[2]), ita ut inde ab hoc tempore inveniatur

[1]) etiam *ἐν Ἰωνίαι καὶ Ἑλλησπόντωι* invenitur (Michel 1014 [c. a. 151]; 1016 C [med. s. II]): sed *ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου* secundo demum post Chr. n. saeculo exstat (DOr 501); itaque in titulo IG XII 8, 163 (de aetate cf. infra) non *τῶν* [*ἀπὸ Ἰωνίας*] *καὶ Ἑλλ.* sed *τῶν* [*ἐπ' Ἰωνίας*] *καὶ Ἑλλ.* supplendum erit (sic iam recte voluit et Poland progr. p. 4 not. 13).

[2]) de cultu huius dei cf. Prott. l. c. p. 162 ss.; cf. etiam Nicolò p. 55. Sed recte Poland (Gesch. p. 202) haec monere videtur: '(Prott) faßt den Beinamen zu eng als *καθηγεμὼν τοῦ γένους*, so daß damit der Gott nur als Stammvater der Attaliden bezeichnet würde. — Es läßt sich wohl nur sagen, daß der den „Anführer des bacchischen Schwarms" (sic etiam Prott l. c. p. 185), ähnlich wie *Ἀρχεβάκχος*, bezeichnende Beiname seine Beziehung zum Königskulte erhielt.' — Vides ergo et hoc collegium post Atticum institutum esse. — Jure autem reicit Poland Gesch. p. 139, quod Prott de conclamato illo sodalicio *τῶι κοινῶι τῶν συναγωνιστῶν* (Michel 1016 B) contendit: 'als selbständig beschließende Körperschaft nennt sich der pergamenische Verein *τὸ κοινὸν τῶν συναγωνιστῶν*, wodurch ausgedrückt ist, daß er mit dem Verein von Teos in Verband steht': atque id quamquam in eodem titulo de eodem homine honorando proxime antecedit eiusdem temporis decretum *τοῦ κοινοῦ τῶν περὶ τ. Δ. τεχνιτῶν τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον* (Michel 1016 A). Sed etiam sententia Polandii ipsius, qui Boeckhium secutus putat 'illud collegium ex artificibus exteris constitisse, qui ad ludos celebrandos ad domesticos se applicavissent' (progr. p. 9 et Gesch. p. 139 140), et ex hoc ipso decreto (B) et ex eo quod

τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐπ᾽ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον. Hoc Pergamenorum regum voluntati parebat (cf. Inschr. v. Pergamon I 163). Quorum familia anno 133 exstincta etiam additamentum illud *καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον* non iam reperitur cf. tit. Samothracium IG XII 8, 163 (ea classis theororum titulorum, qua hic continetur, saeculo II a. Chr. n. ineunte incipit cf. Fredrichii praefationem ad tit. 160; fortasse *Ἀθηνικῶν Σατύρ[ου]* idem est atque *αὐλωιδός* Apolloniis Deliacis anni 170 cf. IG XI 2, 133). Posterioris historiae auctor est Strabo (vel potius is, quem sequitur) XIV 1, 29 (C 643): *εἶτα Λέβεδος διέχουσα Κολοφῶνος ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· ἐνταῦθα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἡ σύνοδος καὶ κατοικία τῶν ἐν Ἰωνίαι μέχρι Ἑλλησπόντου, ἐν ᾗι πανήγυρίς τε καὶ ἀγῶνες κατ᾽ ἔτος συντελοῦνται τῶι Διονύσωι. ἐν Τέωι δὲ ὤικουν πρότερον τῆι ἐφεξῆς*

sequitur (C: *τῶν ἐν Ἰσθμῶι καὶ Νεμέαι τεχνιτῶν*) improbabilis est. De ceteris opinionibus virorum doctorum cf. Poland progr. p. 10/11; Ziebarth p. 81; Oehler p. 9; quas omnes proferre longum est, praesertim cum meo quidem iudicio solum id rectum esse possit, quod iam Mueller p. 395 not. 4 sumpserat, i. e. de deuteragonistis et tritagonistis, qui vocantur, cogitandum esse. Itaque liceat mihi hanc sententiam paulo accuratius confirmare. *συναγωνίζεσθαί τινι* (vel *μετά τινος* cf. BCH XVIII 1894 p. 75 v. 5) valet 'una cum aliquo certare'. Etiamsi hoc verbum interdum de aliis artificibus (velut FdD III 2, 48 v. 29: *τοὺς συναγωνιξαμένους τὸν θυμελικὸν ἀγῶνα*) i. e. ergo ampliore potestate dicitur, tamen iis quidem temporibus, de quibus agimus, vel maxime de scaenicis percipi solet et ita quidem, ut ii significentur, qui una cum primarum partium actore (*τραγωιδός, κωμωιδός* = protagonista) fabulam agunt (deuteragonistae, tritagonistae): FdD III 2, 48 v. 33/4: *κωμῳδοὺς — — κτλ. — — καὶ τοὺς συναγωνιξαμένους τούτοις;* v. 36/7: *τραγῳδοὺς — — κτλ. — — καὶ τοὺς τούτοις συναγωνιξαμένους;* in technitarum indice tit. Aegyptii DOr 51: *τραγῳδός* (v. 47), *συναγωνισταὶ τραγικοί* (v. 56); Michel 1014 v. 36/7: *συναγωνιστὴς τραγικός:* FdD III 2, 48 v. 17 bis *τραγικὸς συναγωνιστής.* Itaque illud *κοινὸν τῶν συναγωνιστῶν* intellegendum est scil. *τῶν τραγικῶν καὶ κωμικῶν;* nam haec apposita etiam deesse posse, de qua re Poland progr. p. 11 dubitat, probat tit. Collitz II 2569, ubi enumerantur vs. 15 ss. *κωμωιδός, συναγωνισταί, χορευταὶ κωμωιδῶν.* Sed quamquam re vera aliquid intererat inter protagonistas et synagonistas, tamen sodalium numero fuisse aequo et pari iure ex titulis satis cognitum habemus (velut FdD III 2, 48 vs. 15 ss.; Michel 1014 vs. 35 ss.: cf. etiam Ziebarth p. 82). Quanam igitur de causa in illo titulo (Michel 1016) synagonistae peculiare quoddam collegium instituisse videantur, me quidem non satis perspicere confiteor; comparanda autem mihi videtur illa *σύνοδος τῶν ἐν Ἀθήναις ἐποποιῶν,* quae exstat in titulo Delphico FdD III 2, 50 (de quo cf. infra): constat enim etiam epicos poetas in numero *τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν* habitos esse.

πόλει τῶν Ἰώνων· ἐμπεσούσης δὲ στάσεως εἰς Ἔφεσον κατέφυγον. Ἀτάλου (sc. Attalus III. Philometor) *δ' εἰς Μυόννησον αὐτοὺς καταστήσαντος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου, πρεσβεύονται Τήϊοι δεόμενοι Ῥωμαίων, μὴ περιιδεῖν ἐπιτειχιζομένην σφίσι τὴν Μυόννησον, οἱ δὲ μετέστησαν εἰς Λέβεδον, δεξαμένων τῶν Λεβεδίων ἀσμένως διὰ τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς ὀλιγανδρίαν.*

Ex iis vero, quae supra diximus, nemini puto dubium esse potest, quin hoc quoque Asiaticum sodalicium conditum sit eos tantum technitas recipiens, qui in illis regionibus habitarent. Noluerunt sane hi artifices illis ipsius Graeciae collegiis obtrectare, sed et ipsi societate coniuncti se applicare ad artem communiter exercendam. Atque apparent in titulis ipsis vestigia huius communitatis, velut haec verba tituli Deliaci IG XI 4, 1061 (a. 197—167) vs. 11 ss. *ὅπω[ς διαμένηι εἰς τὸν ἀεὶ] χρόνον ἡ παρὰ τῶν τεχνιτῶν ἀθάνατος δόξα, οὓς καὶ θεοὶ καὶ βασιλ[εῖς καὶ πάντες Ἕλ]ληνες τιμῶσιν δεδωκότες τήν τε ἀσυλίαν καὶ ἀσφάλειαν πᾶσι τεχν[ίταις πολέμου καὶ εἰ]ρήνης κατακολουθοῦντες τοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος χρησμοῖς δι' οὓς [καὶ τοῖς ἀγῶσιν τοῖς τοῦ] Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τῶν Μουσῶν τῶν Ἑλικωνιάδων καὶ τοῦ [Ἡρακλέους, ἐν Δελφοῖς μὲν τοῖς] Πυθίοις καὶ Σωτηρίοις, ἐν Θεσπιαῖς δὲ τοῖς Μουσείοις, ἐν Θήβαις δὲ τοῖ[ς Ἡρακλείοις ἐνέκριναν αὐτοὺς* (?) *οἱ] ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων εὐσεβέστατοι.* Quae quod in Asiatici collegii decreto exstent, viri docti ad hoc rettulerunt. Immo vero de omnibus technitis agitur. Si cui non ex oratione ipsa apparet, id monuerim *παρὰ τῶν τεχνιτῶν* dici, non *παρὰ τοῦ κοινοῦ* vel *τῆς συνόδου,* ut in omnibus reliquis locis (v. 9, 21, 26, 29; v. 7, 17, 30, 36)[1]. Et hoc sane iure: nam Crato ille Calchedonius, ad quem haec pertinent (*καὶ ἰδίαι καὶ κοινῆι ἀεί τινος ἀγαθοῦ παραίτιος γινόμενος ὅπως διαμένηι κτλ.*), non solum optime de sua societate meritus est, sed etiam collegio *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας πολλὰς καὶ μεγάλας παρέσχηται χρείας κατ' ἰδίαν τε τοῖς ἐντυγχάνουσιν — —,* quam ob rem ei etiam ab hoc honores conferuntur (Michel 1016 C). Neque id fieri potuisse, si alteri cum altero simultas intercessisset, manifestum est.

Sic haec tria artificum Bacchiorum collegia, alium alios consocians, sodales suos passim ad ludos communiter peragendos

---

[1]) v. 25 *στεφάνωι τῶι ἐκ τοῦ νόμου ὧι πάτριόν ἐστι τοῖ[ς τεχνίταις στεφανοῦν]* scilicet rursusad omnes scaenicos artifices spectat.

simulque inter se certandum emittebant[1]). Patet igitur, quanti momenti ethnica, quae dicuntur, in catalogis agonisticis sint, et quam multa nos docere possint. Neque enim usquam sodalicia singula distingui solent[2]), excepto titulo Chalcidensi BCH XVI 1892 p. 107, ubi legimus v. 5 *ἀπὸ κοινοῦ* — —, v. 7 [*ἀπ*]*ὸ τῆς αὐτῆς σι*[*νόδου*]. Videmur sic etiam id, quod de aetate originis Asiaticae societatis diximus, confirmare posse. Nam recte iam Lüders, quippe qui propter titulum supra commemoratum de hoc collegio cogitaret (cf. p. 132)[3]), longis illis Soteriorum catalogis (Collitz II 2563—66) perlustratis dixit (p. 140): 'Merkwürdig ist, was aus obiger Übersicht hervorgeht, daß aus Kleinasien nur eine verhältnismäßig geringe Zahl Techniten damals in Delphi auftrat; Athen, Sikyon und das von alters her durch Gesang und Musik berühmte Böotien stellten zu dem Nationalfest des eigentlichen Griechenlands das größte Kontingent von Künstlern.' Concludamus ergo licere puto illo tempore i. e. annis 268—265 (cf. Pomtow GGA 1913 p. 150 ss.) hoc sodalicium nondum exstitisse.

Nimirum regnum Lagidarum, ubi scaenica poesis vigebat, *ἐν τῶι συναύξεσθαι τὸ τεχνίτευμα* (DOr 51 v. 11) non cessit. Iam medio fere tertio saeculo in Aegypto quoque technitas in unum collegium, quod Ptolemaïde sedem constituit, se congregavisse

[1]) Nequaquam id dubitari potest, quamquam etiam Ferguson nuperrime dixit (Hellenistic Athens p. 297): 'There was, of course, a certain division of territory.' Cum mihi hoc praeter alia potissimum compositio technitarum collegiorum persuadeat, tamen hoc unum certissimum argumentum addo: Museis Thespiis actis omnia tria sodalicia interfuisse titulos certe probare. De collegio *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* hoc apparet ex titulo D² 693 (cf. supra); Athenienses technitas victorum catalogi demonstrant (*Θεόδοτον Πυθίωνος; Φιλώταν Θεοκλέος* cf. infra caput III nr. 88 et 170); Asiaticum collegium cum de omnibus artificibus tum de se scilicet et ipso praedicare, quod *ἐν Θεσπιαῖς τοῖς Μουσείοις* — — *ἐνέκριναν αὐτοὺς οἱ ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων εὐσεβέστατοι*, proxime audivimus. Ne multus sim, alia praetereo (sed cf. *τοὺς ἐντυγχάνοντας τῶν ἐν Ἰσθμῶι καὶ Νεμέαι τεχνιτῶν* in tit. Teio Michel 1016; cf. etiam Delum [IG XI 4, 1059; 1061 v. 26] etc.).

[2]) itaque ad liquidum explorare nequivi, quo modo ille *ἱερεὺς* (*ἀπο τῶν τεχνιτῶν*), qui in praescriptis invenitur, ex technitis creatus sit.

[3]) alii alium collegium opinati sunt, velut Sauppe (p. 714/5) Atticum, Poland (progr. p. 15 16) Isthmiacum (Gesch. p. 134 not. ** iam dubitare videtur). Scilicet non unum tantum sumendum est.

et *τοὺς τεχνίτας τοὺς περὶ τὸν (μέγαν)*[1]) *Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφοὺς* nominatos esse certiores fimus duobus titulis DOr 50 et 51[2]). Atque probabiliter Pomtow (GGA 1913 p. 179)[3]) opinatur originem huius sodalicii ad id tempus referendam esse, quo Philadelphus sollemnia illa Alexandrina instituit (280/78); huc quadrare videtur, quod Callixenus apud Athen. V p. 198c de pompa enarrat: *μεθ' οὓς* (i. e. *Σατύρους*) *ἐπορεύετο Φιλίσκος ὁ ποιητὴς ἱερεὺς ὢν Διονύσου καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται.* Sumendum igitur erit Aegyptios artifices inter primos fuisse, qui Atheniensium auctoritatem secuti sunt. Cum iam per se probabile sit illud additamentum *καὶ θεοὺς Ἀδελφούς* (scil. inde ab anno demum 270) alio rege regnante aliud fuisse, hoc etiam compluribus Cypriis titulis confirmatur, in quibus *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον καὶ θεοὺς Εὐεργέτας τεχνῖται* inveniuntur (DOr 164, 166; Strack Dynastie d. Ptol. p. 260 nr. 121)[4]). Nam Cypri quoque technitae se coniunxerunt nimirum plane ad exemplum Aegyptiorum, ita ut haec duo collegia, praeterquam quod diversas regiones complectuntur,

---

[1]) de hoc apposito recte iam Poland progr. p. 5 dicit 'quodammodo ex Aegyptiorum pio more'; cf. Erman Aegypten u. aeg. Leben i. Altertum p. 91; 353.

[2]) De his technitis accuratissime nuper egit G. Plaumann in libro allato. Iure sane defendit sententiam de vocabulis DOr 50 v. 1 ss. *ἔδοξεν τοῖς τεχνίταις τοῖς π. τ. Δ. καὶ θεοὺς Ἀδελφοὺς καὶ τοῖς τὴν σύνοδον νέμουσιν* a Dittenbergero prolatam, qui explicat 'i. e. iis qui praeterea synodo intersunt'. Et contra Polandium, qui magnum collegium, quod Ptolemaïdem convenire soleat, et huius synodum quandam singularem, quae Ptolemaïde sedeat (progr. p. 17), ponit, et contra Ziebarthium ('irgendein Kultverein, der sich den *τεχνῖται* bei Gelegenheit der Ehrung eines verdienten städtischen Beamten angeschlossen hat' BphW 1904 p. 1190; sic etiam Otto, Priester u. Tempel I p. 165; 412) dicendum est tum additamentum quoddam vocis *σύνοδον* postulari; atque contra hunc etiam id tum in v. 8 vocabula *καὶ τὴν σύνοδον* (vel *καὶ τοὺς τὴν σύνοδον νέμοντας*) desiderari. Neque autem '*συναγωνισταί*', ut Nicolò p. 51 vult, *οἱ τὴν σύνοδον νέμοντες* intellegendi sunt, sed 'qui artifices quidem non sunt, sed cum studio et munificentia illos adiuvare vellent, synodi participes facti sunt' (Dittenberger).

[3]) eius opinioni accessit etiam Poland BphW 1913 p. 1135.

[4]) Intellegendum esse Euergetam II (145—116) huiusque uxorem tituli indicare videntur (Newton Ancient Greek Inscript. in the Brit. Mus. II p. 153; Dittenberger DOr 146 not. 3). — Poterat sane etiam exspectari ad eum morem, qui in Ptolemaeorum titulorum et papyrorum praescriptis occurit, omnia nomina exstare, velut *περὶ τὸν Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφοὺς καὶ θεοὺς Εὐεργέτας καὶ θεοὺς Φιλοπάτορας κτλ.*

eadem esse censeam. Si distinctione opus erat, terrae nomen additum est cf. DOr 163 v. 3: *τῶν κατὰ Κύπρον περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν*. Sedes Cyprii sodalicii Paphus fuisse videtur.

De reliquis artificum scaenicorum collegiis, quae commemorantur, velut Syracusis (IG XIV 12; 13) et Regii (IG XIV 615), minus constat, quam ut vel aetatem definire possimus.

Haec de origine singulorum technitarum collegiorum.

II.

QUA RATIONE ROMANI ERGA TECHNITARUM SODALICIA USI SINT.

Ex ipsis technitis supra accepimus, quantopere eorum res aucta sit, et quanta auctoritate prima parte secundi saeculi floruerint, ita ut eos *καὶ θεοὶ καὶ βασιλεῖς καὶ πάντες Ἕλληνες τιμῶσιν* (IG XI 4, 1061 v. 12). Id sane etiam permultis titulis probatur. Neque haec mutata sunt, cum Romani, qui ipsi quoque Romae Andronico auctore 'collegium scribarum et histrionum' exeunte tertio saeculo instituerant (Festus p. 333 O. M.; cf. P.-W. IV p. 397 et Leo, Gesch. d. röm. Literatur I p. 56/7, qui recte de Graeco exemplo monet)[1]), Graeciae Asiaeque rebus auctoritatem suam interponere inciperent. Immo scaenicis artificibus adeo faverunt, ut in decreto Asiatici sodalicii anno fere 151 facto (Michel 1014) audiant *οἱ κοινοὶ τῶν τεχνιτῶν Ἀσίας σωτῆρες;* ibidem *διαγραφαὶ τῶν Ῥωμαίων* ad technitas pertinentes commemorantur. Multos artifices ex Graecia anno 186 Romam venisse honoris M. Fulvii causa auctor est Livius XXXIX 22. Sed omnia afferre supersedeo.

Atque etiam post Corinthum deletam Romanos eis hunc favorem praestitisse cum aliis tum hoc satis compertum habemus. Exstat enim titulus Thebanus fragmenta duarum epistularum magistratus cuiusdam Romanorum continens, quem Dittenberger sic edidit (IG VII 2413/4):

ΙΟΙΙΕ ΤΟ/

[. . . . . *ἐν*] *ιῇ Ῥωμαίων ἐπαρχείαι καὶ ἧς ἐπάρχου*[*σιν* . . . . .]
. . . . . *συγχωρῶ ὑμῖν ἕνεκεν τοῦ Διονύσου κα*[*ὶ* . . . . . .]
. . . . . *ων καὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος οὗ προεστήκ*[*ατε, ὑμᾶς*]

---

[1]) sed de diversa ratione, qua erga suos et Graecos artifices utebantur cf. Foucart p. 86 ss.

5. [παντάπασ]ιν [ἀ]λειτουργήτους εἶναι καὶ ἀνεπισταθ[μεύτους]
[καὶ ἀτελ]εῖς καὶ ἀν[ει]σφύ[ρ]ους πάσης εἰσφορ[ᾶς καὶ]
[αὐτοὺς καὶ γ]υναῖκας καὶ τέκνα ἕως ἂν εἰς ἡλι[κίαν ἔλθω]-
[σι . . . . . .] \ εαι καθὼς παρεκαλεῖτε.
[Ἀ]γαθῇ τύχῃ.
10. . . . . στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαί[ων, τῇ συνόδῳ]
[τῶν περὶ] τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν [χαίρειν]

'' ΙΟΥΚΑΙΤΩΝΓΕ'
ΚΡΑΤ

Iure ille vir doctus totam tabulam, quam priore alterius a. Chr. n. saeculi parte erectam esse putabat, 'ad synodum technitarum Dionysiacorum' rettulit. Quos videlicet indicat nomen Bacchi (v. 3); addiderim etiam in Delphico tit. FdD III 2, 48 v. 14 vocabulum ἐπιτήδευμα de technitarum arte dictum inveniri (τῶι δὲ θεῶι ἀπένειμαν τιμὰς διὰ [τ]ῶν ἰδίων ἐπι(τ)[ηδε]υμάτων). Sed gravissimi sane momenti est, quod in versu 12 expressa vestigia nominis Asiatici collegii exstant; hoc adhuc nondum animadversum esse valde miror. De aetate autem tituli aliter iudicandum erit, atque recte iam Colin (BCH XXX 1906 p. 279 not. 1)[1]) et Poland (Gesch. p. 137)[2]) Mummium opinati sunt. Hoc titulus ipse mihi satis comprobare videtur. Primum enim de appellatione magistratus Romani στρατηγὸς ὕπατος (= consul vel proconsul) D. Magie (De Romanorum iuris publici sacrique vocabulis sollemnibus in Graecum sermonem conversis Lips. 1905) p. 8 haec docet: 'sed non nisi in monumentis saeculi alterius appellatio exsistit, quae postremo nobis occurrit sive in senatus consulto anni 618/136 (= D² 315) sive in titulo Cretensi anni 616/138 aut 622/132 scripto (= D² 929)'. Apparet igitur haec ante annos 136/2 exarata esse. Tum autem vocem τῇ Ῥωμαίων ἐπαρχείαι (v. 2) in hoc quidem titulo ad nihil aliud referri posse nisi ad provinciam Macedoniam persuasum habeo; qua ex re ergo concludendum est eum post annum 148 constituendum esse. Cum iam sic de Mummio cogitare cogamur, accedit aliud quoque

[1]) 'un fragment de lettre d'un général romain, très probablement Mummius en faveur de la compagnie de Thèbes' (cf. etiam eundem, Rome et la Grèce p. 636 not. 4).

[2]) 'zwei Briefe eines römischen Beamten, vielleicht des Mummius'.

per se scilicet satis infirmum, pro hac re tamen nonnulli puto momenti. Neque enim bene singulos versus a Dittenbergero ordinatos esse imago tituli mihi quidem docere videtur:

ΙΟΙΙΕ ΊΟ/
ΤΗΡΩΙΙΙΛΙΩΝΕΙΙΑΡΧΕΙΑΙΚΑΙΗΣΕΓΑΡΧΟΥ/
ΣΥΓΧΩΡΩΥΜΙΝΕΝΕΚΕΝΤΟΥΔΙΟΝΥΣΟΥΚΑ
ΩΝΚΑΙΤΟΥΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΟΣΟΥΠΡΟΕΣΤΗΚ
5. ΤΙΝΛΛΕΙΤΟΥΡΓΗΤΟΥΣΕΙΝΑΙΚΑΙΑΝΕΠΙΣΤΑΣ
ΕΙΣΚΑΙΑΝ . . . ΣΦΟ . ΟΥΣΠΑΣΗΣΕΙΣΦΟΡ/
ΥΝΑΙΚΑΣΚΑΙΤΕΚΝΑΕΩΣΑΝΕΙΣΗΛΙ
ΙΕΑΙΚΑΘΩΣΠΑΡΕΚΑΛΕΙΤΕ *vac.*
ΓΑΘΗΤΥΧΗ
10. ΣΤΡΑΤΗΓΟΣΥΠΑΤΟΣΡΩΜΑΙ
ΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΤΕΧΝΙΤ
ΙΙ ΙΟΥΚΑΙΤΩΝΠΕΙ
ΚΡΑΤ

Litteras ita distribuendas esse puto, ut, quoad fieri potest, vocabula [ἀ]γαθῇ τύχῃ (v. 9) mediam tabulam occupent. Quod Dittenbergeri digestio non efficit. Itaque mihi potius ultima littera, quae exstat, versus quinti (ϑ) finem ipsius versus tenere videtur. Si titulum ita disponimus, apparet in v. 10 ante vocabulum στρατηγός 13/14 litteras desiderari, quam lacunam *Λεύκιος Μόμμιος* explet. Hoc forte temere evenire equidem non credo. Titulum igitur sic fere digerendum atque supplendum propono:

— — — — — — — — — — — — — — — — ΙΟΙΙΕ ΊΟ/ . . .⁶/₇ . . .
[*Μακεδονίαι*] τῇ *Ῥωμαίων ἐπαρχείαι καὶ ἧς ἐπάρχουσ*[*ιν*]
[*τῆς Ἑλλάδος*] *συγχωρῶ ὑμῖν ἕνεκεν τοῦ Διονύσου κα*[*ὶ*]
[*τῶν ἄλλων θε*]*ῶν καὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος οὗ προεστήκ*[*ατε*]
5. [*ὑμᾶς παντάπα*]*σιν ἀλειτουργήτους εἶναι καὶ ἀνεπισταθ-*
[*μεύτους καὶ ἀτελ*]*εῖς καὶ ἀν*[*ει*]*σ*[*φ*]*όρους πάσης εἰσφορᾶ*[*ς*]
[*καὶ αὐτοὺς καὶ γ*]*υναῖκας καὶ τέκνα ἕως ἂν εἰς ἡλι*[*κίαν*]
[*ἀνδρικὴν ἐξίκω*]*νται καθὼς παρεκαλεῖτε.*
[*ἀ*]*γαθῇ τύχῃ·*
10. [*Λεύκιος Μόμμιος*], *στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαί*[*ων, τῶι*]
[*κοινῶι τῶν περὶ*] *τὸν Διόνυσον τεχνιτ*[*ῶν τῶν ἐπ' Ἰω*]-

[νίας καὶ Ἑλλησπό]ντου καὶ τῶν περ[ὶ τὸν καθηγεμό]-
[να Διόνυσον . . . .9/10. . . .] ΚΡΑΤ — — — — — — —

Ad supplementum versus quarti cf. FdD III 2, 70 v. 45: *τὰς θυσίας καὶ σπονδὰς ἐκώλυον ποιεῖν καθὼς εἰθισμένον ἦν τῇ συνόδωι τῶι τε Διον[ύ]σωι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς κτλ.* (cf. etiam FdD III 2, 69 v. 29); quod Poland Gesch. p. 186 vult *ἕνεκεν τ. Δ. κα[ὶ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῶν Μουσ]ῶν*, nequaquam spatiis convenit. — v. 5: privilegii *ἀνεπισταθμεύτους εἶναι* technitis quidem collati habes etiam haec exempla: in papyro Class. Review VII 1893 p. 477 legitur inter artificum *τίμια καὶ φιλάνθρωπα* v. 15/6: *'καὶ ἀνεπισταθμείας'* atque in papyro BGU IV 1074 (cf. Klio VIII 1908 p. 415) in *κεφ[α]λαίωι ἐκ διατάγματος Θεοῦ Ἁδριανοῦ περὶ τῶν δο[θ]εισῶν δωρεῶν τῇ συνόδῳ* (scil. technitarum) v. 4: *'μὴ δέχεσθαι πρὸς ἀνάγκην ξένους'*. — v. 8 *ἀνδρικὴν* Wilamowitz. — Verisimile est litteras versus 13, quae exstant, ad nomen Cratonis pertinere[1]).

Cum titulus Thebis inventus esset, consentaneum est alteram epistulam ad collegium *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* datam esse. Thebas enim caput quoddam huius sodalicii fuisse complures loci tituli FdD III 2, 70, de quo infra disputabimus, docent (cf. Poland, Gesch. p. 136)[2]). Per se apparet anno 146 technitis a Romanis petendum fuisse, ut privilegia adhuc concessa etiam porro starent, praecipue autem iis *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας*. Nam cum Athenae ut 'civitas libera et foederata' illis temporibus Romanorum gratia floreret, ita ut 'the imperial city was at this time almost the worshipper of Athens' (Ferguson, Hellenistic Athens p. 367)[3]), etiam earum artificibus scaenicis sine mora omnia videlicet decreta esse, cf. etiam tit. Delph. FdD III 2, 48 (anni 94 cf. epimetr. I), ubi de iis dicitur (v. 6 ss.): *ἰάν τε ἀσ[υ]λίαν ἔχοντι καὶ τἄλλα τίμια ποιὶ τὰν ἀσφά[λειαν καὶ] δόξαν διατείνοντα παρά τε Ἀμφικτιόνων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλάνων καὶ [ι]ῶν ἁγειμένων Ῥωμαίων*. Atque maxime Romanorum favor erga Atticos technitas anno 112 patet. Contra

---

[1]) suspiceris fortasse ita exaratum fuisse: *καὶ τοῖς ὑπὸ] Κράτ[ωνος Ζωτίχου συν]ηγμένοις Ἀτταλιστᾶς χαίρειν]* coll. tit. DOr 325 v. 3/4: *Κράτω[ν Ζωτίχο]ν τοῖς Ἀτταλιστᾶς τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ συνηγμέ[νοις]*, vel *καὶ τοῖς σὺν] Κράτ[ωνι Ζωτίχου Ἀττα]λισταῖς* coll. tit. BCH IV 1904 p. 165: *Ἀτταλισταὶ οἱ σὺν Κράτωνι Ζωτίχου*. — De hac Attalistarum societate eiusque domicilio (Tei, ut videtur) cf. Poland, Gesch. p. 140.

[2]) Sed quod Poland dicit *ταμεῖον* technitarum hic fuisse, id non iam pro certo affirmari potest, quod ille Delphicus titulus, ex quo hoc effici videbatur, aliter supplendus est, cf. FdD III 1, 351 v. 14: *τῶν δογμάτων τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῶι Κα]δμείωι ἐν Θήβαις κτλ.*

[3]) huc Metelli legati Corintho expulsi se receperunt (Polyb. XXXVIII 13, 9).

regiones collegii ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας post Achaïcum bellum gravi poena affectae sunt cf. Paus. VII 16, 7 ss. (Niese, Gesch. d. griech. u. maked. Staaten III p. 350 ss.) atque praeter Corinthum imprimis Thebae et Chalcis[1]), in quarum utraque urbe sodalicium illorum technitarum tituli demonstrant (IG VII 2485; BCH XVI 1892 p. 91). Haec omnia nimirum etiam artificibus ipsis incidebant praesertim tributum a Romanis impositum (Paus. VII 16, 9 10); itaque Mummium precibus aggressi sunt (v. 8: καθὼς παρεκαλεῖτε), neque id frustra: ἀτέλεια ἀνεισφορία aliaque privilegia iis conceduntur. Nequaquam enim Mummium tam rudem fuisse, quam vulgo habitus esset, Colin luculenter demonstravit (Rome et la Grèce p. 631 ss.); immo recte se habet, quod Polybius (XXXIX 6, 2) dicit: εἰκότως δὲ τιμᾶσθαι συνέβαινεν αὐτὸν καὶ κοινῆι καὶ κατ' ἰδίαν. καὶ γὰρ ἐγκρατῶς καὶ καθαρῶς ἀνεστράφη καὶ πράιως ἐχρήσατο τοῖς ὅλοις πράγμασι, μέγαν καιρὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔχων καὶ μεγάλην ἐξουσίαν. Praeterea autem ex eo quoque, quod Mummius Romae triumphans Tacito auctore (XIV 21) primus ludos curatius edidit[2]), necessario colligendum esse mihi videtur eum technitas ex Graecia secum egisse i. e. ergo eis favisse. — Quomodo autem de altera epistula ad Asiaticum sodalicium data iudicandum est? Qui fit, ut in Thebano titulo exstet? Equidem rem ita expediverim: Graecia in potestatem Romanorum redacta illius collegii technitas et ipsos eos adisse, ut sibi liceret etiam posthac veteribus privilegiis usos professionem suam in Graecia quoque administrare; in quibus optatis explendis videtur etiam constitutum esse de horum artificum ratione et cum Atheniensibus et cum iis ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας intercedenda, sicut id etiam de his duobus factum esse infra videbimus. Itaque collegium ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας et hanc epistulam in lapide incidendam curaverat.

Sic etiam Romanos technitarum rebus studuisse videmus; quapropter laudibus efferri solent. Quin etiam θυσίας καὶ σπονδὰς ποιεῖν καὶ τοῖς κοινοῖς εὐεργέταις Ῥωμαίοις technitae instituerunt (cf. FdD III 2, 70 v. 45 ss.). Permagni vero interest cognoscere, qua ratione usi sint in duorum ipsius Graeciae collegiorum controversiis, de quibus iam mentionem fecimus.

---

[1]) Sed quod Liv. Epit. LII traditur: 'Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae', in maius elatum est cf. Colin, Rome et la Grèce p. 629.

[2]) nam ita Taciti verba intellegenda esse docet Colin l. c. p. 637 ss.

Utramque societatem inde ab eo tempore, quo orta est, bene provenisse auctamque esse titulis satis docemur. Non solum cum Delphico oraculo et Athenienses artifices[1]) et ei ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας[2]) semper coniunctionem servabant, sed etiam cum exteris regibus in amicitia erant, velut hi cum Nicomede II, rege Bithyniae (IG IV 558), illi cum Ariarathe V, Cappadocum rege (DOr 352). Aliter fieri non potuisse quam ut simultates inimicitiaeque paulatim exorerentur et crescerent, iam supra diximus atque per se apparet. Denique res eo perducta est, ut anno 112/1 arbitrio senatus Romani opus esset, quod titulus FdD III 2, 70 = D² 930 praebet. Quamquam autem et Colin (BCH XXIII 1899 p. 5 ss. et FdD III 2 p. 78 ss.) et Dittenberger (l. c. in commentario) diligentissime de hoc titulo egerunt (cf. etiam Ziebarth Rh. M. LV 1900 p. 515 ss., qui Colinum secutus de eo refert), tamen operae pretium esse puto eum denuo tractare. — Exemplum appono minoribus fragmentis omissis (praesto mihi fuit ectypum a Pomtowio benigne praebitum):

[Ἐπὶ Διον]υσίο[υ ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς — — ἴδος πρώτης πρυτανείας. ἦι Δάμιος Τιμούχου Ῥαμνούσιος ἐγραμμάτευεν],
[Ἑκατομβ]αιῶνο[ς — — —, — — — τῆς πρυτανείας. — Δόγμα συγκλήτου· — Λεύκιος Καλπόρνιος]
[Λευκί]ου υἱὸς Πίσ[ων Καισώνινος, ὕπατος, τῆι συγκλήτωι συν-εβουλεύσατο πρὸ ἡμερῶν — — —]
[εἰ]δῶ[ν Ἰ]ουνίων ἐγ κ[ομετίωι· Γραφομένωι παρῆσαν· Μᾶρκος Αἰμί-λιος Μάρκου υἱὸς]
5. [Σ]κα[ῦ]ρος Καμιλία, Σέ[ρουιος — — — Σερο]υίο[υ υἱ]ὸς — — — — — — — — —
Λευκίου υἱὸς Κορνη[λία, — — — — — — Ποπ]λίου υἱὸς
I. Π[απ]ιρία. [Περὶ ὧν οἱ πρεσβευταὶ]
Ἀθηναῖοι Θεμισστοκ[λῆς — — — υἱός, Δημ]οχάρης Δη[μοχάρου] υἱός, Α[— — — — — υἱός],
[Θ]εοφιλίσκος Ὀλυμπίχο[υ υἱός, ἄνδρες καλοὶ κἀγα]θοὶ φίλ[ο]ι πα[ρὰ] δήμου [καλοῦ κἀγαθοῦ φίλου]
[σ]υμμάχου τε ἡμετέρο[υ, λόγους ἐποιήσαντο, χά]ριτα φιλίαν συ[μμ]αχίαν [τε ἀνενεώσαντο καὶ ἐκάλεσαν]

[1]) cf. IG II¹ 551 (II² 1132) = FdD III 2, 68 et titulos ad Pythaïdem pertinentes FdD III 2, 47 ss.

[2]) cf. FdD III 1, 351; Collitz II 2569 (cf. GGA 1913 p. 181).

10. τὴν σύνκλητον ὑπὲρ τ[ῶν παρ' ἑαυτοῖς τεχνιτῶν τῶν] παρὰ τὰ δε-
δο[γμ]ένα [τῆι συγκλήτωι ἠδικημένων. ὅπως]
ταῦτα κύρια διαμένῃ κα[ὶ οἱ τεχνῖται οἱ συντελοῦντες εἰς Ἰσθμὸν
καὶ Νεμέαν ζημίαν ἀποτείσωσιν]
κατὰ τὰ τῆς συγκλήτου [δόγματα — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —]
ἀπὸ συνκλήτου γνώμης ὅπ[ως — — — — —]ναι — — — —
— — — — — — — —
ἐὰν δέ τις μὴ πειθαρχῇ τοῖ[ς δεδογμένοις μηδὲ ἐ]μμέν[ηι ταῖς συν-
θήκαις ὑπόδικος ἔστω κατὰ τὴν δια(?)]-
15. [β]ούλευσιν, ὅπως ἥτις ἂν εἰσ[άγῃ τῶν συνόδων δίκη]ν ἀεὶ δια-
[φυλάττουσα τὰς συνθήκας ἀναγκάζῃ τοὺς]
[ἀ]πειθοῦντας ἐμμένειν τοῖ[ς δεδογμένοις τῆι σ]υγκλήτ[ωι — —
— — — οἱ δὲ φάσκοντες πρὸς τούς]
[τε Ἀμφικτίονας κ]αὶ τὴν σύγκλ[η]τον συμφώνους ἡμᾶς γενέ[σ]θαι
[δοκεῖν, ἀλλὰ τὰς συνθήκας τ]εθεῖσθαι
[ἐναντί]ως αἷς ἐ[λά]βοσαν ἐντολαῖς τ[ι]νες τῶν ἐκ Πελοπον(ν)ήσου
τε[χνιτῶν καὶ διὰ ταῦτα εἶναι ἀκύ]ρους, οὔτε
[ταῖς] συνθήκαι[ς] ἐμ(μ)ένουσιν, τῆς τε [ἐ]ργασίας ὑπαρχ[ού]σης
[ἡμῖν ἀποκ]ωλύ[ο]υσ[ιν ἡμᾶς ἀδίκως], τά τε χρή-
20. [μα]τα ἡμῶν τὰ ὄ[ντ]α κοινὰ ἐξιδιάσ[ζον]ται, συνε[λ]θόντες τε εἰς
[Σικυῶνα] σύνοδον ἐποι[ήσαντο] παρὰ τὸ δό-
[γ]μα τῆς συγκλή[τ]ου τὸ ἐπὶ Ποπ[λίου Κορ]νηλίο[υ, ἐ]ν ὦι ἔδοξεν
ἡμᾶ[ς συμπ]ορεύεσθαι ἐν Θήβ[αις καὶ Ἄρ]γει, κα[ὶ]
ἀρχεῖα κατέστι[η]σαν, καὶ τῶ[ν κο]ινῶν χρημάτων τὰς προσό[δους
κ]ατεχρήσαντο [εἰς — — — — — — —]
παρὰ τοὺς [κοινοὺς νόμους τῶν τεχνι]τῶν, πρεσβευόντων ἡμῶν εἰς
Ῥ[ώμην κ]αὶ καλούν[των τὴν σύγκλητον· τὸ δὲ]
[μέγιστον, οὐδὲ ταύτηι ὑπήκουσαν, ἀ]λλὰ καὶ δόγμα ἡμῶν λα-
βόντω[ν ἐν ὦι — — —]και — — — — —
25. — — — — — — — — — τοὺς ἀντιλέγοντας ἡμῖν, οὐδ[ὲν
ἔλασσον]τῆς τε ἐργασίας ἡμᾶς ἀ-
[ποκωλύουσι, τά τε χρήματα ἡμῶν ἐξι]διάζονται, σύνοδόν [τε] ἐν
Σ[ικυῶνι συν]άγουσι παρὰ τὸ δόγμα τῆς συν-
[κλήτου τὸ ἐπὶ Κορνηλίου καὶ παρὰ το]ὺς χρησμοὺ[ς] τοῦ [Ἀπόλ-
λωνος. Ἀξιο]ῦμεν οὖν τὴν σύγκλητον ἵνα πί
— — — — — — — — — — ς ἑκατέρωι — — — — — — —
— — ἡμῶν ἐκτὸς τῶν τριῶν μερῶν

II. [— — — — — — — — — — Κα]ὶ περὶ ὧν οἱ π[ρεσβευταὶ ἀπὸ τ]ῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἐξ-
30. [αποσταλέντες τῶν συντελούντων] ἐς Ἰσθμὸν [καὶ Νεμέαν], Σωσικλείδας Φιλοκράτου, Δαμόξενος
[— — — — — — — — — — Πο]λυκράτης [— — — Φί]λιππος Ἡρώδου, ἐνεφάνισαν τῇ συγκλήτωι·
[τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντων π]οιησαμέν[ων κατη]γορίαν κατῆς συνόδου ἐπὶ τοῦ στρα(τη)γοῦ ἐμ Μακε-
[δονίᾳ Κορνηλίου Σισέννα, καὶ γραμμά]των ἀποδο[θέντ]ων τῇ συνόδωι ὑπ' αὐτῶν παρὰ τοῦ στραιηγοῦ ὅπως
[πρ]εσβευτὰς ἀπο[στ]είλωμεν ἐν [ἡ]μέραις [numerus] καὶ ἀπ[οστει]-λάν[τ]ων ἡμῶν πρεσβε[υτὰς π]ερ[ὶ ὧν ὁ στρα]-
35. τηγὸς ἐκέλευσεν τοὺς ἀπολογιουμένους αὐτῶι, Διονύσιον, Ἀνδρόνικον, Φιλοκράτην, Δράκοντα,
τούσδε περὶ ὧν μὲν ε(ἶ)χον τὰς ἐντ[ο]λὰς μὴ ἐπιτελέσαι, καταφρονήσαντ(α)ς δὲ τοῦ τε τῆς συγκλήτου
δόγματος καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῆς συνόδου ἐλθόντας εἰς Πέλλαν συνθήκας ποιήσασθαι πρὸς τοὺ[ς]
ἐν Ἀθήναις φ[άσκ]οντας εἶναι τεχνίτας ἐπιτίμιον ἐπιγράψαντ(α)ς κατὰ τῆς συνόδου τάλαντα δέκα·
ἐφ' οἷς καὶ [δο]θέντων αὐτοῖς ἐγκλημάτων κατὰ τοὺς τῆς συνόδου νόμους παρόντες ἐν Θήβαις κα-
40. τάδικοι ἐγένοντο καὶ διὰ ταῦτα προσλαβόμενοί τινας τῶν ἐν Θήβαις καὶ Βοιωτίαι τεχνιτῶν τά τε
γράμματα τὰ κοινὰ ἀπῆλθον ἔχοντες μετὰ βίας καὶ ἀποστάται γενόμενοι καθ' ἰδίαν σύνοδον ἐ-
ποιοῦντο μετ' ἀλλήλων ὑπεναντία πράτ(τ)οντες τῇ συνόδωι καὶ τοῖς κοινοῖς νόμοις, τήν τε δικ[αι]-
οδοσίαν διέκοψαν τῶν τεχνιτῶν, τίνας ἱερεωσύνας ε(ἶ)χον ἐπενεγύων, τά τε χρήματα καὶ τ[ὰ]
ἀναθήματα ἀπῆλθον ἔχοντες καὶ τοὺς ἱροὺς στεφάνους, ἃ καὶ οὐκ ἀποδέδωκαν οὐδὲ ἕως τοῦ
45. νῦν, τὰς θυσίας καὶ σπονδὰς ἐκώλυον ποιεῖν καθὼς εἰθισμένον ἦν τῇ συνόδωι τῶι τε Διον[ύ]-
σωι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς κοινοῖς εὐεργέταις Ῥωμαίοις. Ἀξιοῦμεν οὖν τὴν σύγκλη-
τον, γεγονεῖαν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις παρα(ιτί)αν τῶν μεγίστων ἀγαθῶν τῆι συνόδω[ι],

συνιηρῆσαι τὰ ἐκ παλαιῶν χρόνων δεδομένα τίμια καὶ φιλάνθρωπα καὶ φροντίσαι ὅπως ἀ-
ποδοθῇ τὰ χρήματα καὶ τὰ ἀναθήματα καὶ οἱ στέφανοι τῇ συνόδωι τῇ κοινῇ τῇ συντελούσῃ [εἰς]
50. *Ἰσθμὸν καὶ Νεμέαν, ἃ ἔχουσιν οἱ ἐν Θήβαις τεχνῖται καί τινες τῶν ἐγ Βοιωτίας ἀποσστά[ται]*
γεγενημένοι, τάς τε συνθήκας ἃς ἐποιήσαντο ἵνα ἄκυροι γένωνται, ἐπεὶ ἐποι(ή)σαντο α[ὐτ]-
[ὰς οἱ πρεσβε]υταὶ παρὰ τὰς δοθείσας αὐτοῖς ἐντολὰς καὶ γέγονα[ν ὑπὲρ τούτων κατάδικοι [κατὰ τοὺς]
ι[ῆς συνόδ]ου νόμους, ὅπως τε οἱ νόμοι τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας
III. *τεχνιτῶν κύριοι ὦσιν. — Περὶ τού[των]*
τῶν [πρα]γμάτων οὕτως ἔδοξεν· Ἀθηναίοις πρεσβευταῖς φιλανθρώ-
πως ἀποκριθῆναι, ἄνδρας καλοὺς κα[ὶ]
55. *ἀγαθοὺς καὶ φίλους παρὰ δήμου καλοῦ κἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου προσαγορεῦσαι, χάρι[τα]*
φιλίαν συμμαχίαν τε ἀνανεώσασθαι. περὶ δὲ ὧν πραγμάτων λόγους ἐποιήσαντο, τί ἠρώτησαν ἢ (ἐ)ψηφίσ[αν]-
ιο ἐν ἑαυτοῖς οἱ τεχνῖται οἱ ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας, ὧι ἔλασσον ἅμα μετ' αὐτῶν οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀττικ[ῇ]
ὄντες ἐργασίαν ποιῶσιν, τοῦτο ὅπως ἄρωσιν. ὃ δὲ σύμφωνον γεγονός ἐστιν τοῖς τεχνίταις τοῖς ἐν
τῇ Ἀττικῇ οὖσιν καὶ τοῖς τεχνίταις τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας ἐπὶ Γναίου Κορνηλίου Σισέννα στρατηγο[ῦ]
60. *ἢ ἀνθυπάτου ἐκεῖ ὄντος, σύμφωνον ἑστάναι ἔδοξεν. ὅπου τὸ πρότερον ἐξυγκλήτου δόγματος τὰς*
συνόδους αὐτῶν ποιεῖν ἠώθασιν, ἐκεῖ αἱ σύνοδοι μετὰ ταῦτα ὅπως γίνωνται ἔδοξεν. περὶ δὲ
χρημάτων δημοσίων ἢ κοινῶν περὶ ὧν λόγους ἐποιήσαντο, ὅπως πρὸς Μάαρκον Λείβιον ὕπατον προ[σ]-
έλθωσιν, οὗτός τε ἐπιγνῶι ἐπικρίνῃ οὕτως καθὼς (ἂν) αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς
τε ἰδία(ς) φαίνηται ἔδοξεν. ὅπως τε Λεύκιος Καλπόρνιος ὕπατος Ἀθηναίοις ξένια κατὰ τὸ διάταγμα
65. *τὸν ταμίαν ἀποσιεῖλαι κελεύσῃ οὕτως καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίσστεώς*
τε ἰδία(ς) φαίνηται ἔδοξεν.

Supplementa pleraque sunt Colini (FdD l. c.) || v. 24 in., 33 (praeterquam quod *Γναίου* propter spatiorum rationes omisi) Dittenbergeri || v. 7 med. (coll. Sundwall p. 51: '[*Δη*]*μοχάρης Δ* — — *ου Αἰθαλίδης*. Agoranom auf Delos (Anf. d. 1. Jhrh.?)'), 10, 11, 14, 15, 16, 17 in., 32 (quod Col. Ditt. suppl. *ὅτι οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντες ποιησάμενοι*, verborum constructioni repugnat), 51 fin., 52 in.[1]) mea || v. 17 med. *δοκεῖν*, 19 fin. Wilamowitzii. — v. 24 *καὶ* legi; v. 49 fin. [*εἰς*] addidi, quia post vocabulum *συντελούσῃ* spatium trium litterarum vacuum relictum est; scilicet lapicidam delineatas litteras *εἰς* exarare fugerat (idem factum est v. 34 post *ἡμέραις*: etiam hic spatium duarum fere litterarum vacat); quod Ditt. v. 17 fin. de simplici verbo dubitat, quod spatia postulant, cf. e. gr. Polyb. I 11, 7.

Hic titulus ergo Delphis in Atheniensium thesauro exaratus complectitur senatusconsultum anni 112 (nam consules sunt L. Calpurnius L. f. Piso [v. 2/3] M. Livius C. f. Drusus [v. 62]), quod Athenienses incidendum curaverunt. Ab utroque collegio legati Romam missi sunt, sed ita ut Atticorum technitarum causam eorum civitas ipsa agat, id quod satis memorabile est. Quorum querellas et postulata prolata (I II) sequitur sententia senatus (III). De controversiis vero ipsis ex hoc titulo haec colliguntur. Quibusdam ex causis Athenienses scaenici artifices collegium *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* apud Cn. Cornelium Sisennam, Macedoniae praetorem, reum fecerunt. A quo per epistulam Pellam citati technitae *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* sui purgandi causa quattuor legatos *τῶν ἐκ Πελοποννήσου τεχνιτῶν* miserunt (v. 32 ss.). Coram Sisenna tum *συνθῆκαι* inter utrasque partes factae sunt; sodalicium *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* multa decem talentorum *ἀργυρίου Ἀττικοῦ* affectum est atque etiam in posterum poena constituta est, si alterum fidem pactionis rupisset (v. 14—16; 37/8; 58—60; cf. praeterea frg. b [= FdD III 2 p. 83/4 + p. 294], quod reliquias huius conventi ipsius continet). Sed multatum collegium recusat pactum: legatos suos egisse *ἐναντίως αἷς ἐλάβοσαν ἐντολαῖς, καταφρονήσαντας τοῦ τε τῆς συγκλήτου δόγματος καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῆς συνόδου*. Quin Thebis in iudicium collegii vocati condemnantur (v. 16 ss.; 36 ss.). Quo fit, ut sodalicium ipsum in duas factiones dividatur: condemnati enim et *τινὲς τῶν ἐν Θήβαις καὶ Βοιωτίαι τεχνιτῶν* se seiungunt atque tabulario, pecuniis aliisque rebus occupatis proprium collegium instituunt. Hi scilicet illas

[1]) Pro certo enim affirmare possum in ectypo exstare ΥΤΑΙ, non ΣΤΑΙ ut Colin legit. quem lapis laesus fefellit; v. 51 fin. post *ἐποι(ή)σαντο* agnoscitur /. —

K.

συνθήκας observantes partes Atheniensium sequuntur (v. 40 ss.). Reliqui autem technitae *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* omni modo hostilia agunt et *παρὰ τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου τὸ ἐπὶ Ποπλίου Κορνηλίου*[1]) Sicyonem conveniunt (v. 19 ss.; 56—58). Fit acerbissima simultas inter utramque partem. Denique Athenienses a senatu ipso adito (v. 23) consultum sibi commodum impetrant (v. 24/5). Nihilominus tamen adversarii in inimicitiis perseverant (v. 25 ss.), ita ut nunc denuo senatus appelletur.

Ad singula tempora definienda hoc in titulo duo indicia inveniuntur: nimirum Cn. Cornelius Sisenna et P. Cornelius commemorati. Colin et Dittenberger cum sibi persuaserint P. Cornelium, cuius nomine addito illius senatusconsulti aetas designatur, consulem fuisse, de anno 138 aut 134 cogitant; nam 'P. Cornelius P. f. Scipio Nasica Serapio cos. a. 138 a. Chr. et P. Cornelius P. f. Scipio Africanus Aemilianus cos. II 134 a. Chr. propter temporum rationes uni hic in censum veniunt' (Dittenberger l. c. not. 14). Cn. Cornelius Sisenna illa aetate unus notus est, triumvir monetalis annorum ca. 154—121 a. Chr. n. (cf. Mommsen Geschichte d. röm. Münzwesens p. 540 nr. 137); itaque Colin conventionem Pellae factam annis 139/8 aut 135/4 assignat (BCH l. c. p. 40: 'nous ne pouvons guère supposer d'intervalle entre l'année de son consulat [= P. Cornelii] et celle où Sisenna était en Macédoine'); item Ziebarth l. c. p. 518. Sed haec stare non possunt. Nequaquam enim probabile est illum P. Cornelium consulem putandum esse; nam si ita tempus significandum est, utriusque consulis nomen magistratus appellatione subiecta exstare solet (cf. ut uno tantum exemplo utar, D² 334 v. 3: *τὸ τῆς συνκλήτου δόγμα τὸ γενόμενον ἐ[πὶ Λευκί]ου Λικινίου Μαάρκου Αὐρηλίου ὑπάτων*). Itaque Cornelius potius praetor intellegendus erit i. e. praetor urbanus (*στρατηγὸς κατὰ πόλιν*)[2]), qui absentibus consulibus tum senatum habuit (de hac re cf. Mommsen Röm. Staatsrecht II³ 1 p. 232 ss.; exempla habes apud Viereck Sermo Graecus nr. XI, XII); huius quoque magistratus nomen ad aetatem describendam valet (Mommsen l. c. I³ p. 600 ss.) et in

---

[1]) non recte dicit Ziebarth l. c. p. 516 hoc apud Sisennam constitutum esse.

[2]) Cum ipse Macedoniae praetorem intellexissem, hoc suo iure monuit Cichorius, vir doctissimus, cui, quod de P. Cornelii nomine interrogatus accuratissime me edocuit, magnam habeo gratiam.

senatusconsultorum praescriptis invenitur, velut CIL I 203; IG IX 483; IG XII 3, 173.

Bene sane accidit, ut huius P. Cornelii nomen aliunde plenius cognoscamus. Exstat enim in Delphicis titulis, ad quos Pomtow comiter aditum mihi dedit, basis lapidis calcarii adhuc inedita, cuius inscriptionem ex ectypo sic lego[1]):

[T]ὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τε-
χνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας Πόπλι-
ον Κορνήλιον Ποπλίου Λέντολον τὸν ἑαυ-
τοῦ εὐεργέτην Ἀπόλλωνι Πυθί[ωι].

Cum igitur in utroque titulo idem collegium una cum P. Cornelio quodam occurrat, nemo dubitabit, quin et hic vir idem sit, praesertim quod etiam litterae baseos saeculum secundum indicant. Sumendum igitur videtur esse technitas *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* illud senatusconsultum ita probasse, ut magistratum senatui tum praesidentem, P. Cornelium P. f. Lentulum, de se optime meritum statua (equestri, ut videtur) honoraverint. Vellem hunc Lentulum alibi cognoscere eiusque aetatem accuratius definire, sed a Cichorio certior factus sum hoc nequaquam fieri posse: Lentulorum quidem stemma inde ab anno fere 150 a. Chr. n. in densissimis tenebris iacere atque familiam adeo divisam esse, ut singularis quidam Lentulus, nisi certiora indicia exstent, definiri nequeat. Id ergo in posterum tempus differendum est. Sed cum de Cornelii aetate non satis constet, de Sisenna accuratius iudicari posse puto.

Iam Colin recte cognovit titulum Atticum IG II[1] 552 ad eam litem technitarum, de qua agimus, spectare (BCH l. c. p. 51 ss.). Quia autem propter versus III 27/28 huius tituli existimabat hic 'l'épilogue de l'affaire' exstare (idem sibi persuasit Ziebarth l. c. p. 518), non perspexit ea, quae et de tempore Sisennae et de ordine controversiarum ex hoc titulo colligi possunt. Quem ad finem opus est totum titulum inspicere.

Sunt quinque fragmenta tabulae marmoris Pentelici, quorum tria composuit Koehler (= IG II[1] 552), quartum (= BCH XXIII 1899 p. 52) Lolling, quintum (= IG II 5, 551 c) Colin agnovit (cf. BCH XXIV 1900 p. 93). Continet haec tabula (nunc IG II[2] 1134) duo decreta et unam epistulam. Prioris decreti ab Amphic-

[1]) Interea Pomtow et ipse hunc titulum edidit (Klio XIV 1914 p. 302).

tionibus facti alterum exemplar Delphis inventum est (= FdD III 2, 69), ita ut Atticum ex hoc facile suppleri possit. Quod autem Delphicus titulus longe melius servatus est, in exhibenda Attica tabula hunc affero.

I. [Ἄρχοντος ἐν Δελφοῖ]ς Εὐκλείδου το[ῦ Κα]λλείδο[υ, πυλαίας μεθοπ]ωρινῆς, ἱερομνημονούντων Θετταλῶν τοῦ στρα[τη]-
[γοῦ Ἀμυνέου τ]οῦ Ὀλυμπιάδο[υ Κ]ιεριέως κ[αὶ τοῦ γ]ραμ[ματέ]ως τοῦ συνεδρίου Ἀρχίππου τοῦ Ἀντιγένου Κιεριέως,
[παρὰ δὲ Δελφῶν Ἀμύντ]α τοῦ Εὐδώρ[ου], Καλλιδ[άμου το]ῦ Ἀμφ[ιστρά]του, παρὰ δὲ Ἀθηναίων Ἀσκληπιάδου τοῦ Ἰκεσίου,
[παρὰ δὲ Ἀ]χαιῶ[ν Φθιω]τῶν Σιμάδα Θη[β]αίου, [Ἀρχίππου Μ]ελιται[έως], παρὰ δὲ Φωκέων Τιμάρχου τοῦ Ἀντιόχου, Ἡρακλείδου
5. [τοῦ Ἡρακλ]είδο[υ Φαν]ατέω(ν), παρὰ δὲ Μ[αγνήτων Ἀλεξ]άνδρου [τ]οῦ Φιλίππου, Φίλωνος τοῦ Διοσκουρίδου Δημητριέων, πα-
[ρὰ δὲ Αἰνιάνων Μοσ]χίωνος τοῦ Σιττ[ύρα, Νικοφίλου τ]οῦ Αἰγίδ[ο]ς Ὑπαταίων, παρὰ δὲ Μαλιέων Πυρρία τοῦ Σατύρου
[. . . . . ., παρὰ δὲ Ο]ἰταίων Εὐβούλο[υ τοῦ Σαβύτι]α Ἡρακλειώ[τ]α, παρὰ δὲ Δωριέων τῶν ἐγ Μητροπόλεως Δίωνος τοῦ
[Πολυδέκτα Ἐρινεάτ]ου, παρὰ δὲ Δωριέω[ν τῶν ἐκ Πελ]οποννήσο[υ] Ἐμπεδοσθένου τοῦ Ἁγία Ἀργείου, παρὰ δὲ Δολό-
[πων . . . . . τοῦ] Εὐλόγου Ἀγγε[ιάτου, παρὰ δ]ὲ Μαγνήτων ἐκ Θετταλίας Παρμενίσκου καὶ Ἀμύντου
10. [Ὁμοιλιέων].
[Ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτύ]οσιν· — ἐπει[δὴ] γεγονέ[ναι κ]αὶ [συνειλέ]χθαι τεχνιτῶν σύνοδον παρ' Ἀθηναίοις συμβέβηκε πρῶτον, ὧν ὁ δῆμος ἁ-
[πάντων τῶν ἐν ἀνθρ]ώποις ἀγαθῶν ἀρχη[γὸς καταστα θε]ὶς ἐγ μὲν τοῦ θηριώδους βίου μετήγαγεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἡμερότη-
[τα, παραίτιος δ' ἐγε]νήθη τ[ῆ]ς πρὸς ἀλλήλ[ους κοινωνί]ας — εἰσαγαγὼν τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν, καὶ διὰ τούτων πα[ρα]γ-
[γείλας τοῖς ἅπασιν] ὅτι μ[έγι]στον ἀγαθό[ν ἐστιν ἐν] ἀνθρώποις ἡ πρὸς ἑαυτοὺς χρῆσίς τε καὶ πίστις, ἔτι τε τῶν δοθέντων
15. [ὑπὸ θεῶν περὶ τῶν ἀνθρώ]πων νόμων [καὶ τῆς π]αιδείας· — ὁμοίως δὲ καὶ τῆς τοῦ καρποῦ παραδόσεως ἰδίαι μὲν ἐδέξατο
[τὸ δῶρον, κοινὴν δὲ] τὴν ἐξ ἑ[α]υτι[οῦ] εὐχρ[ηστίαν τ]οῖς Ἕλλησιν ἀπέδωκεν· πρῶτός τε πάντων συναγα(γ)ὼν τεχνιτῶν σύνοδον

[καὶ ἀγωνιστῶν, θ]υμελικ[οὺς καὶ σκ]ηνικ[οὺ]ς ἀγῶνας ἐποίησεν. οἷς καὶ συμβαίνει μαρτυρεῖν μὲν τοὺς πλείστους τῶν ἰ-
[δίων τῆς πόλεως] ποιητῶ[ν, αὐτὴν] δὲ καὶ τ[ὴ]ν ἀλήθειαν ἐμφανῶς δεικνύειν ὑπομιμνήσκουσαν ὅτι μητρόπολίς ἐστι τῶν
[δραμάτων ἁπάντων τ]ρα[γωιδίαν κ]αὶ κωμωι[δ]ίαν εὑροῦσά τε καὶ αὐξήσασα, ἐφ' οἷς καὶ πολλάκις ἀποδεξάμενοι οἱ Ἀμφικτίο-
20. [νες τὸν δῆμον κ]α[ὶ] τοὺ[ς περὶ τὸ]ν Διόνυσον τεχνίτας τοὺς ἐν Ἀθήναις ἐν οὐδενὶ τῶν συνφερόντων παρεωράκασι [τὴ]ν
[σύνοδον, μάλισ]τα δὲ τὰ πρὸς δόξαν καὶ τιμὴν ὁ[ιατε]τελέκασι συνχωροῦντες, τῶν καλῶν καὶ ἐνδόξων ἀξίους εἶναι
[ἡγούμενοι με]ταλαμβάνειν [τ]οὺς Ἀθήνησι[ν τ]εχνίτας· — ὁμοίως δὲ καὶ νῦν συμβαίνει τὴν σύνοδον ἀπεσταλκέναι
[ψήφισμά τε κ]αὶ πρεσβευτάς, [τόν] τε ἱερέα τ[οῦ Δ]ιονύσου Ἀσκλη-πιάδην Ἰκεσίου τραγικὸν ποιητὴν καὶ μετ' αὐτοῦ Πολ[ύ]-
[στρατον Ἀλεξί]ωνος ἐπῶν ποιη[τὴν κ]αὶ Θρ[ασυμή]δην Δημοσθέ-νους ἐπῶν ποιητήν, παρακαλοῦντας ἀνανεώσασθαι [τ]ὰ
25. [νόμιμα καὶ πάτ]ρια τῶν τ[ε] θεῶν [καὶ τὰ τῶν Ἀθήνη]σιν τεχ-νιτῶν τίμια, ἵνα ἔχωσιν ἐξουσίαν οἱ καθιστάμενοι ἱερεῖς ὑ[π]ὸ
[τῶν ἐν Ἀθήναι]ς τεχνιτῶν [στεφανηφορεῖν το]ὺ[ς] πατρίους στε-φάνους ἐμ πάσῃ πόλει ὑπὸ μηδενὸς κωλυόμενοι, ἀνα[ν]ε-
[νέωνται δὲ οἱ πρ]εσβευ[τ]αὶ τὰ ἐκ [τῶν παλαιῶν χρόν]ων ὑπάρ-χοντα τοῖς τεχνίταις καὶ παρακαλοῦσιν τοὺς Ἀμφικτύονα[ς] ἀ-
[κόλουθα πράττοντας τῆ]ι τῶν πρ[ογόνων αἱρέσε]ι συντηρῆσαι τὰ προ-γεγονότα ἑαυτοῖς φιλάνθρωπα· — ὅπως οὖν οἱ Ἀμφικτύο-
[νες φαίνωνται τοῦ τ]ε Διο[νύσου τοῦ Μελπομέ]νου, ὁμ[οίως δὲ κ]αὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν τὴν Ἀθη-
30. [ναίων καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν τεχ]νιτῶν τὴν με[γ]ί[στην ποιούμεν]οι πρόνοιαν· — δεδόχθαι τοῖς Ἀμφικτύοσιν τοὺς ἱερεῖ[ς]
[τοὺς καθισταμένους ὑπὸ τῶ]ν τεχνιτῶν [τ]ῶ[ν ἐν Ἀθήναις χρ]υσο-φορεῖν τοῖς θεοῖς κατὰ πάσας τὰς πόλεις κατὰ τὰ πά-
[τρια. ὁμοίως δὲ καὶ στεφανηφ]ορεῖν καὶ μὴ ἐξε[ῖ]να[ι κωλύειν αὐτοὺς] μήτε πόλιν μήτ[ε ἄρ]χοντα μή[τε ἰδι]ώτην· ἐὰν δέ τις [κω]-
[λύηι. τοῦτον μὲν ἀποτεῖσα]ι σ' σ[τα]τῆρας ἱεροὺς τ[ῶι Ἀπόλλωνι. ἐξεῖναι δ]ὲ καὶ δικ[άζεσ]θαι ἐν Ἀμφικτύοσι[ν αὐτῶι] τε τῶι κωλυ[ο]-
[μένωι καὶ ὑπὲρ αὐ]τοῦ τῶι [βο]υλομένωι, ὅπ[ως τούτων συν-τελουμένων τά τε πρὸ]ς τοὺς θεοὺς τίμια [συναύ]ξη[ται] ὑπὸ τῶν Ἀ[μ]-

35. [φικτυόνων καὶ τ]ὰ πρὸς τοὺ[ς τ]εχνίτας δι[αμένηι κύρια· ἐπαινέσαι δ]ὲ τὸ κοινὸν τῶν τ[εχνιτῶν τῶν ἐν] Ἀθήναι[ς κ]αὶ στεφα-
[νῶσαι δάφνης στ]εφ[ά]νωι ε[ὐσεβ]είας ἕνε[κεν τῆς πρὸς τοὺς θ]εοὺς καὶ φιλοτιμίας τ[ῆ]ς πρὸς [τ]ο[ὺ]ς Ἀμφι[κ]τύον[ας κ]αὶ [ἀνει]-
[πεῖν τὸν στέφ]ανον Πυθίων τ[ῶι γυ]μνικῶ[ι ἀγῶνι κατὰ τὸν νόμον το]ὺς ἱερομνήμονας καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ ὅ[πως ποιηθήσε]-
[ται τοὺς ἱερ]ομνήμον[α]ς το[ὺς κα]θιστα[μένους ἀεί· ἐπαινέσαι] δὲ καὶ τοὺς παραγενομένους ἐ[ξ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς πρεσβευ]-
[τάς, τὸν ἱερέα τ]ῶν τεχνιτῶν Ἀ[σκλη]πι[άδην Ἰκεσίου τραγικὸν ποι]ητήν, Πολύστρατον Ἀλεξίων[ος ἐπῶν ποιητὴν καὶ Θρασυμή]-
40. [δην Δημοσθ]ένου ἐπῶν ποιη[τήν, στεφανῶσαι δὲ καὶ ἕκαστ]ον αὐ[τ]ῶν δάφνη[ς] στεφάνωι, ἐπ[εὶ τὴν ἐπιδημίαν ἐποιήσαντο εὐ]-
[σχήμονα καὶ ἀξί]αν [τ]οῦ τε δ[ή]μ[ου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν ἐν Ἀθ]ήναις τ[εχνι]τῶν καὶ τοῦ κοι[νοῦ συνεδρίου τῶν Ἀμφικτυόνων]·
[ἀναγράψαι δὲ τόδε τ]ὸ δόγμα ἐν Δελφοῖς, ὁμ[οίως δὲ καὶ ἐν] Ἀθ[ήναις ἐν ἀ]κροπ[όλ]ε[ι] πέμψαντας ἀν[τίγρα]-
[φον πρὸς τὸν δῆμο]ν τὸν Ἀθηναίων· τοὺς δὲ ἱ[ερομνή]μονας ἀνενεγκεῖν τοῦδε τοῦ δόγματος ἀν-
[τίγραφα ἐ]πὶ πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις, [ὅπως] παρα-κολουθῶσιν ἅπαντες τὰ δεδογμένα τοῖς
45. [ἐν Ἀθή]ναις τεχνίταις φιλάνθρωπα.

II. [Ἐπὶ Μενοίτου ἄρχοντος ἐπὶ τ]ῆς Οἰνηί[δ]ος ἑνδεκάτ[ης πρ]υτ[ανείας ἧι — — — — — —]
[— — — — ἐγραμμάτευεν]· δήμο[υ] ψ[η]φίσματα· [Θαργηλι]-ῶνος· — — — — — — —
[— — — — εἶπεν· ἐπειδὴ] τὸ κοινὸν τῶν Ἀμ[φ]ι[κ]τιόνων — — — — — — — — — — —
[— τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων] καὶ τὴν σύνοδον τ[ῶ]ν περὶ τὸ[ν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐν Ἀθή]-
5. [ναις — — — — — — — τε]χνίτας ἐναντ[ιου]μένους μὲν — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — τῶν κοινῶν ε[ὐερ]γετῶν Ῥωμα[ίων — — — — — — — — —]

— — — — — — — — — — — — ν κατηγορίας ποιεῖσθαι κατὰ τ[ῆς συνόδου ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ]

[ἐν Μακεδονίαι κατὰ γνώμην] πράττοντας τοῦ κοινοῦ συνεδρ[ίου τῶν Ἀμφικτιόνων — — —]

[— — — — — — — πέμπειν τὸν] δῆμον πρέσβεις πρὸς τ[ὸ] κ[οινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων· ἀγαθῆι]

10. [τύχηι δεδόχθαι τῆι βουλῆι· τοὺς λαχ]όντας προέδρους εἰς τὴ[ν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρη]-

[ματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλ]εσ[θαι] τῆς βουλῆς [εἰς τὸν δῆμον κτλ. — —]

— — — — (complures versus fractura perierunt) — — — —

12. [— — — — — — — — — — — — — — — — — ἵνα τούτων συντελου]μένων φαί[ν]-

[ηται ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων διαφυλάσσων τὰ πρὸς τοὺς Ἀμφικτίονας φι]λάνθρωπα.

III. [Τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων Ἀθηναίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι] δή-μωι χαίρειν· Μενε . . .

— — — — — — — — — — — — — ς Περγασῆθεν, Χαρι . . . .

[— — — — — — — — — — — — θε]ν, Πολύστρατος Θορίκ[ιος]

— — — — — — — — — — — — νος Φλυεὺς ν οἱ παρ' ὑμ[ῶν]

5. [παραγενόμενοι πρεσβευταὶ — — — ψή]φισμα ἐν ὧι διεσαφή[σατε]

[— — — — — — — — — — — — ο]υς ἐπὶ τὰς μετεχούσα[ς . . .]

[— — — — — — — — — — — κα]τάλυσει μὲν τοῦ κοινοῦ . . .

[— — — — — — — — — — τῶν ἡ]γουμένων Ῥωμαίων βουλ . . .

[— — — — — — — — — Ἀμ]φικτύοσιν κατὰ πόλιν ἀνα[φερ]-

10. — — — — — — — — — — — — ώμεθα· προσελθόντες δὲ κα[ὶ.]

— — — — — — — — — — — ἐν τῶι ψηφίσματι κατακεχωρισ[μ]-

[ένα — — — — — — — — — ἐ]ξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τεχνίτας . .

— — — — — — — — — — — ν δοξάντων ἃς καὶ παρανέγ[νωσ]-

[αν — — — — — — — — — συγ]κλήτου δόγματα καὶ τὰς Ῥω[μα]-

15. [ίων — — — — — — — — — κε]χρηματισμένα τῆι πρὸ ταύτη[ς]

[γεγονείαι μεθοπωρινῆι πυλαίαι (?) — — —] παραγενομένων δὲ πρεσβευ[τ]-

[ῶν — — — — — — — — — — — —]να [κατηγο]ριῶν, ὁμοίως δὲ καὶ — — — — — — — — — — — — — — τεχνιτῶν

καὶ ἐξαπε[σταλ — — — — — — — — κατ]ηγορία[ς ποιεῖσθ]αι ἑ-

20. τέρους πρέσβει[ς — — — — — — — —] δόντες μη[θὲν ὑπεναν]-

τίον ἰοῖς τε νόμοις κα[ὶ τῶι κοινῶι τῶν Ἀμφι]κτυόνων· v ἐκρί-
νασμε[ν τὰ κεχρημα]-
τισμένα ἐν τῆι μεθοπ[ωρινῆι πυλαίαι ἐπ]ὶ ἄρχοντος ἐν Δελφοῖς Ε[ὐκλείδου]
κύρια εἶναι καὶ βέβαια εἰς [τὸν ἅπαντα χρό]νον καὶ μηθὲν ὑπεναν-
τίον αὐ[τοῖς]
ἐπιχρηματίζειν v δίκαιον ἡγ[εῖσθαι καὶ] διαφυλάσσειν τὰς δεδο-
μένας ὑφ' ἡ-
25. *μῶν τῶι δήμωι τιμάς, ὁμοίως δὲ κα[ὶ τοῖς] παρ' ὑμῖν τεχνίταις*
τὰ ὑπάρχοντα φι-
λάνθρωπα περί τε τῆς ἀσυλίας καὶ ἀσ[φα]λείας v καὶ χρυσοφορίας,
ἔτι δὲ καὶ τῆς συ[ν]ερ-
γασίας v θεωροῦντες καὶ τοὺς κοινοὺ[ς ε]ὐεργέτας Ῥωμαίους v
ἐπὶ τῆς αὐτῆς γεγο-
νότας γνώμης.

Τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων
in corona
τὸν δῆμον
τὸν Ἀθηναίων

Τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων
in corona
τὸ κοινὸν τ(ῶ)ν
τεχνιτῶν
τῶν
ἐν Ἀ[θήναις]

(v = vacat spatium unius litterae). Supplementa decreti I sunt omnia fere ea, quae Colin praebet FdD III 2, 69 || v. 2 in. Wilhelm (Beiträge zur griech. Inschriftenkunde p. 143); v. 29 *ὁμοίως δὲ* idem (*τε* Colin) || v. 32 *ὁμοίως δὲ καὶ στεφανηφορεῖν* (*ὁμοίως τε καὶ πορφυροφορεῖν* Colin), v. 40 fin. *τήν* ego. — II et III in ectypis denuo legi atque hic illic litteras addidi, quas singulas adnotare otiosum est. — Supplevit II Koehler (IG II[1] 552) sed v. 1 in. Kirchner || 3 in., 4/5, 7, 8 in., 9 in., 10 (*τῶι δήμωι* Koe), 13 ego. — Supplementa epistulae (III) debentur Colino (BCH XXIII 1899 p. 53), exceptis v. 5 in., 8, 9 fin., 10 fin., 16 in., 19, 20 fin., 21 med., quos ipse supplevi || v. 13/14 Wilamowitz || v. 22 fin. nomen archontis addidit Pomtow (BCH XXIV 1900 p. 99).

Cum haec omnia una tabula exarata sint, inter se cohaerent. Res videtur ita explananda esse. Priore decreto (I), quod propter nomen archontis Euclidis (v. 1) autumno anni 117 tribuendum est (cf. Colin BCH XXIV 1900 p. 105; Pomtow P.-W. IV p. 2645), ab Amphictionibus Atticis technitis vetus sacerdotum privilegium renovatur atque confirmatur i. e. *χρυσοφορία* et *στεφανηφορία*[1]).

[1]) Colin, qui v. 32 *πορφυροφορεῖν* supplet coll. titulis IG IV 586 et 606 (addere potuit etiam papyrum Class. Review VII 1893 p. 477, ubi v. 18 inter

Neque enim hoc archonte Euclide primum concedi, ut Colin contendit, demonstrant verba ipsa et rogationis (v. 24: *ἀνανεώσασθαι — — τὰ τῶν Ἀθήνησιν τεχνιτῶν τίμια ἵνα ἔχωσιν ἐξουσίαν οἱ καθιστάμενοι ἱερεῖς — — στεφανηφορεῖν τοὺς πατρίους στεφάνους*) et decreti (v. 30: *τοὺς ἱερεῖς — — χρυσοφορεῖν τοῖς θεοῖς κατὰ πάσας τὰς πόλεις κατὰ τὰ πάτρια*). Atque ex titulo ipso apparet, cur haec redintegratio anno 117 necessaria fuerit. Nam si v. 26 *ἐμ πάσῃ πόλει ὑπὸ μηδενὸς κωλυόμενοι* et v. 32 ss. *καὶ μὴ ἐξεῖναι κωλύειν αὐτοὺς μήτε πόλιν μήτε ἄρχοντα μήτε ἰδιώτην* atque poenam, quae constituitur, et postremo v. 43 legimus *ἀνενεγκεῖν τοῦδε τοῦ δόγματος ἀντίγραφα ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις ὅπως παρακολουθῶσιν ἅπαντες κτλ.*, facere non possumus, puto, quin sumamus Atticos artifices eo maxime tempore privilegium renovandum propterea curasse, quod tum in eo a quibusdam impediti sint, scilicet a technitis *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας*. Videntur ergo anno fere 117 illae acriores controversiae initium cepisse. In eodem vero Amphictionum consilio etiam decretum in honorem populi Atheniensium factum esse cum corona altera, quae in fine tituli exstat, tum alia indicia demonstrant (cf. II v. 4; III 24/5); nimirum id decreto I in tabula praecessit (quod etiam ordo coronarum probat). — Iam ad alterum titulum II transeamus, qui confirmat nos recte supra conclusisse simulque de deperdito decreto nonnulla docet. Neque enim ex eis, quae supersunt, dubium esse potest, quin hic gratia inveniatur, quam populus Atheniensium pro decretis autumni 117 refert. Itaque probabile est hoc brevi tempore post factum esse, atque iure Kirchner nomen Attici archontis *Μενοίτου* inseruit, ita ut hoc decretum[1]) mensi circa Maio anni 116 assignetur. Argumentum hoc fere modo restituendum esse mihi videtur: 'Quod *τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων* conlaudavit atque coronavit *τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καὶ τὴν σύνοδον τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐν Ἀθήναις* et adiuvit adversus *τοὺς τεχνίτας* (i. e.

technitarum privilegia etiam *πορφύρα* enumeratur), duo verba *χρυσοφορεῖν* et *πορφυροφορεῖν* intellegit 'comme le commentaire' verbi rogationis *στεφανηφορεῖν* (cf. FdD III 2 p. 77 not. 3). De chrysophoria nondum satis constat (cf. Wilhelm BCH XXIV 1900 p. 221). Sed haec mihi contra Colinum videntur monenda esse: primum *χρυσοφορεῖν* haud dubie ampliorem significationem habere quam *στεφανηφορεῖν*, ita ut vix hoc verbum illo explicari possit, tum autem illud ipsum verbum exspectari, quod rogatur. Itaque hoc supplevi.

[1]) Quod unum tantum *ψήφισμα* exstat, quamquam v. 2 legitur *δήμου ψηφίσματα*, idem habes IG II[1] 403 = II[2] 839.

τοὺς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας) ἐναντιουμένους non solum quod attinet ad ea, quae inter utrumque collegium convenerant, sed etiam ad praescripta *τῶν κοινῶν εὐεργετῶν Ῥωμαίων* et denique suasit illis non conquiescentibus *κατηγορίας ποιεῖσθαι κατὰ τῆς συνόδου ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ ἐν Μακεδονίαι* (habes eadem vocabula FdD III 2, 70 v. 32) *κατὰ γνώμην πράττοντας τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἀμφικτιόνων* et petivit, ut hoc facto a populo legati mitterentur ad consilium Amphictionum (*πέμπειν τὸν δῆμον κτλ.*)' iam post formulam probuleumaticam sequebantur ea, quae senatus auctoritate ad populum deferri voluit rogator. De quibus statim infra. — Satis igitur apparet etiam illud decretum in honorem populi Atheniensium confectum ad technitarum res pertinuisse atque iam ab initio hunc ipsum pro suis artificibus utpote suis civibus intervenisse, velut Romae anno 112. Ex sequenti vero epistula III, quamquam valde mutila est, tamen pauca quidem, sed ea gravissimi momenti elici possunt. Continet scilicet responsum Amphictionum ad decretum II populo Atheniensium datum. Qui et decreverat, ut ex voluntate illorum legati Delphos mitterentur, qui de technitarum causa per *ψήφισμα* (v. 5) referrent. Horum nomina exstant v. 1—4 (*Πολύστρατος* videlicet idem est atque I 23/4). Inde a versu 6 sequuntur, quae illud *ψήφισμα* amplexum est, i. e. primum enarrantur ea, quae inter autumnum anni 117 et Maium mensem anni 116 evenerunt. Omnia sane, quae legi possunt, certa coniectura explanare mihi quidem non contigit, sed id extra dubitationem est vocabula v. 5 *καταλύσει μὲν τοῦ κοινοῦ* spectare ad discidium collegii *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας*, de quo supra diximus. Nuntiant igitur Athenienses se adversarios suos apud praetorem Macedoniae accusavisse atque, quae tum acciderunt. Videntur praedicare, in quot decretis, quot edictis illi artifices et peccaverint et peccent. Etiam de iis (scilicet primum) Romae reis faciendis verba fieri puto. Amphictiones autem ipsi decreta anni 117 et privilegia technitarum in omne tempus confirmant; quod *συνεργασία* nominatim appellatur, intellegenda est ea, quae est cum illis 'apostatis', cuique officere adversa factio non desinit. Ultima igitur vocabula epistulae *θεωροῦντες καὶ τοὺς κοινοὺς εὐεργέτας Ῥωμαίους ἐπὶ τῆς αὐτῆς γεγονότας γνώμης* non sunt cum Colino referenda ad senatusconsultum anni 112, sed ad eam rationem, qua Romani Pellae usi sunt; atque docemur ergo hac Attica tabula de 'prologo', non de 'epi-

logo', ita ut felicissimo sane casu illo Delphico titulo (FdD III 2, 70) hic Atticus supplemento sit et tota technitarum lis ab ultimo principio cognosci possit[1]).

Apparet, quantum haec omnia, quae exposuimus, ad definiendum tempus singulorum eventorum valeant. Iam de praetura quoque Sisennae iudicare possumus. Qua in re antea nobis dicendum est de magistratus appellatione *στρατηγὸς ἢ ἀνθύπατος* (FdD III 2, 70 v. 59/60; sic scilicet etiam in frg. b v. 3 in. supplendum est). Foucart enim (Revue de Philologie XXIII 1899 p. 261) haec vocabula ita interpretatus est, ut sumeret duos magistratus significari, i. e. ergo Sisennam primo anno tamquam praetorem Macedoniae praefuisse et insequenti proconsulem imperio prorogato. At Colin revocat ad titulum D² 314, ubi v. 64 legitur: *ὅτε Λεύκιος Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος ἐν ἐκείνηι τῆι ἐπαρχείαι ἐγένετο*, atque suo iure dicit (FdD III 2 p. 83): 'n'est-il pas assez singulier que, dans les deux cas, tout en invoquant le nom d'un fonctionnaire romain, on n'ait plus été capable, à quelques années d'intervalle, de retrouver quel était son titre exact au moment dont on veut parler? et, à propos de Sisenna, l'ignorance ou la négligence serait imputable au Sénat lui-même!' Colini sententiam, unum tantum magistratum intellegendum esse, recte sequitur etiam Magie l. c. p. 84. Cum vero hic sine ullo argumento reddat 'propraetor', multo sane probabilius Colin (BCH XXIII 1899 p. 27 not. 3) interpretatur 'praetor imperio (pro)consulari'. Quia autem iam ipse de hac interpretatione dubitare videtur (cf. FdD l. c. 'mais je ne vois pas quelle explication il conviendrait de substituer à celle de M. Foucart'), eam, quoad fieri potest, comprobare suscipiam. Puto *στρατηγὸς ἢ ἀνθύπατος* pro *στρατηγὸς ἀνθύπατος* (= praetor pro consule) simili modo dici, quo praeter *πρεσβευτὴς ἀντιστράτηγος* (= legatus pro praetore) invenimus *πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος* (Magie p. 90) et praeter *ταμίας ἀντιστράτηγος* (= quaestor pro praetore) appellationem *ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος* (Magie p. 96)[2]). Atque bene cum illa explicatione conveniunt, quae Mommsen Röm. Staatsrecht II³ 1

[1]) Sed sunt sane reliqua, quae explicatione valde indigeant, velut illa *τρία μέρη* (FdD III 2, 70 v. 28), de quibus interpretandis Colin quoque et Dittenberger desperaverunt.

[2]) item *ὕπατος ἢ ἀνθύπατος* = *ὕπατος ἀνθύπατος* = *ἀνθύπατος* = proconsul (sic et Magie p. 78 vocabulum reddit).

p. 647 ss. de praetura cum imperio consulari coniuncta disseruit[1]), cf. praesertim p. 650: 'hinsichtlich der Titulatur ist zu unterscheiden, ob das konsularische Imperium verbunden wird mit der wirklichen oder mit der prorogierten Prätur. In dem ersten Fall treten die beiden dem Beamten zukommenden Bezeichnungen praetor und pro consule sowohl alternierend auf wie auch kumuliert als praetor pro consule, griechisch *στρατηγὸς ἀνθύπατος*. — In dem zweiten Fall dagegen verschwindet regelmäßig die auf der Prorogation ruhende Bezeichnung pro praetore und wird die Bezeichnung pro consule ausschließlich geführt.' Atqui idem Sisenna appellatur v. 32 et 33 *στρατηγός*. v. 59/60 et frg. b v. 3 *στρατηγὸς ἢ ἀνθύπατος*. Videtur igitur mihi quidem Colin recte censuisse Sisennam tum primum Macedoniae praefuisse et quidem praetorem pro consule (utrum per unum tantum annum an diutius munere functus sit, diiudicari non potest). Cum autem supra cognoverimus eum inter autumnum anni 117 et Maium mensem anni 116 aditum esse atque probabile sit Atticos technitas, priusquam hoc facerent, tempus quoddam post Amphictionum decretum intermisisse oppertos, num adversarii perseverarent se infestos praebere, consentaneum esse puto Sisennam anno 116 provinciam Macedoniam administrasse. Atque accusationem primo anno adsignabimus, quoniam ea, quae deinde evenerunt, et *κατάλυσις τοῦ κοινοῦ* ipsa etiam ante mensem Maium statuenda est. Denique id quoque de ordine temporum dici potest Athenienses, si recte supra suspicatus sum, autumno anni 116 rem primum ad senatum Romanorum deferre cogitare aut iam detulisse; nam hoc tempore illud alterum Amphictionum consilium habitum esse verisimillimum est (cf. etiam IG II[1] 552 III v. 15/6 et 22).

Cum vero annis huius litis ipsis (117—112) duo senatusconsulta facta sint (anno 116/5 et 112), iam antea senatus in rebus technitarum Graecorum occupatus erat cf. FdD III 2, 70 v. 21 *τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου τὸ ἐπὶ Ποπλίου Κορνηλίου*. Commemoratur autem in eodem titulo aliud quoddam senatusconsultum, in quo et ipso legatos suos deliquisse artifices *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* contendunt. Nimirum et id ante annum 116 factum est. Quod autem de eo tamquam uno noto verba fiunt (*καταφρονήσαντας*

---

[1]) Potissimum eos, qui Macedoniae praefuerunt, pro consulibus appellatos esse docet Zumpt Commentationes epigraphicae II p. 169/170.

δὲ τοῦ τε τῆς συγκλήτου δόγματος), apparet hoc idem esse atque *τὸ ἐπὶ Ποπλίου Κορνηλίου*. Quae amplexum sit, aliqua verisimili ratione puto conici posse. Id sane in titulo ipso dicitur tum senatui placuisse, ut utrumque technitarum collegium una conventus Thebis et Argis[1]) haberet (cf. v. 21). Pertinebat igitur illud consultum ad necessitudinem inter duo sodalicia intercedendam. Praeter alia hoc quoque constitutum esse accipiendum est, ut in controversiis Romani arbitri essent. Neque enim, nisi ita est, orationem technitarum *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* (v. 34 ss.) intellego. Qui videntur rem sic fingere: quattuor legatos *περὶ ὧν μὲν εἶχον τὰς ἐντολὰς μὴ ἐπιτελέσαι*, quia id, quod et a praetore et a collegio suo iussi sint i. e. *ἀπολογίζεσθαι*, non peregerint; immo primum ut Pellam advenerint, officii terminos egressos sine ulla mora *συνθήκας ποιήσασθαι πρὸς τοὺς ἐν Ἀθήναις φάσκοντας εἶναι τεχνίτας* praesente quidem praetore neque tamen arbitro adacto. Itaque eos *καταφρονῆσαι τοῦ τε τῆς συγκλήτου δόγματος καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῆς συνόδου*. Re vera autem haec omnia aliter facta esse probabile est. Postremo ex statua P. Cornelio Delphis posita concludere licet, ut iam supra diximus, hoc senatusconsultum non velut duo alia Atticis technitis solis favisse, sed etiam artifices *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* habuisse, quod id probarent. Quod autem ad eius aetatem attinet, proxime puto a vero abesse, si sumimus id non ita multo post annum 146 factum esse.

Sententia vero senatus anno 112 diutina scaenicorum artificum rixa tandem ad finem perducta esse videtur. Collegium *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* omni modo inferior discessit atque cogitur conventionem coram Sisenna factam recipere. Tum etiam illos *ἀποστάτας* ad sodalicium ipsum redisse sumendum erit. — Quantopere hac in sententia senatus praeoccupatus fuerit, certe demonstrare non possumus, sed fuisse eum praeoccupatum apparet. Scilicet fieri non aliter potuit, quam ut auctoritas technitarum *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* prae Atheniensium artificum potestate a

[1]) Quod Colin (BCH XXIII 1899 p. 46; FdD III 2 p. 82) sumit artifices *ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας* propterea Sicyonem, quae urbs Corintho deleta Isthmia agenda susceperat (Paus. II 2, 2), convenisse, quod Thebas et Argos *οἱ ἀποστάται* obtinerent, improbat titulus IG IV 558 anni 115 4, ubi exstat *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας τῆς ἐν Ἄργει συνόδου*. Videtur defectio non extra fines Boeotiae prolata fuisse (cf. FdD III 2, 70 v. 50).

Romanis aucta magis magisque minueretur. Videntur semel post annum 112 occurrere in basi quadam Olympiae reperta (Inschr. v. Olympia 405: 'Die Inschrift fällt nach dem Schriftcharakter schwerlich viel früher als in das erste Jahrhundert v. Chr.'). Attici autem technitae quam magnifice Pythaïdi et anni 106/97 et 94 interfuerint, satis docent tituli Delphici FdD III 2 49 et 48 (de aetatis definitione cf. epimetrum I). Tum usque ad medium fere primum a. Chr. n. saeculum Atticum sodalicium ter commemoratum invenimus (Athen. V p. 212 d = a. 88; IG II[1] 628 = post a. 86; 629 = 'ca. med. s. I' Kirchner)[1], sed posthac omne vestigium et huius collegii evanescit.

[1]) Cum de reliquis horum technitarum titulis satis constet, tantum de tempore tit. IG II[1] 1338 dubitari licet, sed litterae, quas Koehler exhibet, tertium fere saeculum indicare videntur.

III.

PROSOPOGRAPHIA ATTICI COLLEGII.

Accedamus ad id, quod supra posuimus neque argumentis confirmavimus, Atticum collegium ex Atheniensibus solis constitisse. Hoc sane fuit, quod potissimum nobis persuasit singula technitarum collegia sic interpretanda esse, ut aliud alius regionis artifices scaenicos complexum sit. Viri docti, qui quidem de hac re egerunt, aut pro certo negaverunt omnes technitas, qui sodalicio Attico continerentur, cives Atticos fuisse, velut Sauppe p. 708, Connor p. 72, Ferguson Hellenistic Athens p. 214, aut id in medio reliquerunt, ut Foucart p. 12. Unus Oehler ad nostram sententiam se inclinat, qui iure dicit p. 8: 'Für den Lokalverein wurde wohl das Bürgerrecht in der Gemeinde verlangt, da aus den Techniten auch staatliche Funktionäre bestellt wurden, in Athen der *ἱερεύς* des Dionysos Melpomenos'[1]. Hoc

[1]) Nam hunc deum intellegendum esse docet praeter testimonia posterioris aetatis IG III 20; 278 titulus supra exhibitus FdD III 2, 69 v. 29. Etiam alter sacerdos ab Eunidis datus est (IG III 274), qui haud dubie aetate prior fuerat cf. Toepffer Attische Genealogie p. 182. — Valde probabiliter iam Wachsmuth coniecit (Rh. M. XXIII 1868 p. 50; item Toepffer l. c. et Milchhoefer Archäol. Stud. Heinrich Brunn dargebracht p. 47; sed dubitant Lüders p. 71, Wachsmuth ipse Stadt Athen I p. 215, P.-W. III p. 1039/40, Iudeich Topogr. v. Athen p. 324) *τὸ τέμενος τοῦ Διονύσου Μελπομένου*, quod fuisse Pulytionis antea famosam domum in Ceramico interiore sitam auctoi est Paus. I 2, 5, idem putandum esse ac *τὸ τέμενος τῶν τεχνιτῶν* (Posidonius apud Athen. V p. 212 e; DOr 352 v. 25), quod ipsum idem fuisse videtur ut *τὸ τῶν τεχνιτῶν βουλευτήριον* (Philostr. vit. soph. II 8 p. 251: *ὃ δὴ ᾠκοδόμηται παρὰ τὰς τοῦ Κεραμεικοῦ πύλας οὐ πόρρω τῶν ἱππέων*). Accedit quod cum compertum habemus in technitarum *τεμένει* statuam Bacchi erectam fuisse (DOr 352 v. 24: *στῆσαι δὲ αὐτοῦ* [i. e. Ariarathis V] *καὶ ἄγαλμα παρὰ τὸν θε[ὸν* — —), tum titulus Wilhelm UDA p. 222 ss. = Michel 1555, qui decretum artificum continet, prope Dipylon inventus est (cf. Wilhelm l. c.). Quod autem attinet ad illud 'Übungshaus' technitarum, de quo Wachsmuth et Lüders cogitaverunt coll. Hesych. *Μελιτέων οἶκος· ἐν τῶι τῶν Μελιτέων δήμωι*

sane primum est. Tum iam supra monuimus notabile esse, quod Atheniensium civitas ipsa et anno 117 Delphis et anno 112 Romae patrocinium technitarum Attici collegii suscepit. Quam id vix facturam fuisse, nisi cives defendendi fuissent, sumendum esse mihi quidem videtur. Reliquas autem atque gravissimas causas mire iam unus ex iis attulit, qui nobis contrarium sentiunt, Connor. Ut vero simul appareat, cur eas reiciat, verba ipsa suppono: 'I have not hesitated to designate [scil. in 'prosopographia histrionum Graecorum', quam confecit] all the representatives of the Athenian technitae mentioned in these three drecrees [sunt FdD III 2, 47; 48; 49] as Athenians, although only the father's name and not the ethnicon is given. This is not done on the assumption that all members of the Athenian guild were Athenians; the Athenian Victors'-lists prove that this was not the case. But it so happens that, whenever any of the persons who constituted these theoriae is found in non-Attic inscriptions, he is always designated as *Ἀθηναῖος* (nine times), and a large number in addition (I have noted twelve) occur with their demotica in Attic inscriptions. It would appear, therefore, that the guild selected as members of these splendid delegations to Delphi only those of its members who were Athenians.' Immo vero victorum catalogi nihil aliud demonstrare possunt nisi et Athenis peregrinos ad certamina agenda admissos fuisse, qua ex re id potius concludendum est ibi quoque technitas non unius eiusdemque collegii certavisse. Atque quae ultima Connor dicit, nequaquam probari posse per se credo patet; scilicet non vidit Connor, quonam alio modo se expediret. Cum igitur de technitis — sunt sane permulti — in illis tribus titulis enumeratis, quin omnes Athenienses fuerint, dubitare omnino non liceat — neque enim liceret etiamsi non de longe pluribus horum quam Connor dicit aliunde constaret —, alios quoque sodales Attici collegii Athenienses cives compertos habemus.

Haec sunt ea argumenta, quibus sententia nostra supra prolata nititur. Neque redarguitur, quod unus *Κράτερος Ἀντιπάτρου*

οἰκός τις ἦν παμμεγέθης, εἰς ὃν οἱ τραγωιδοὶ (*ποιτῶντες* Photius) *ἐμελέτων*, huic glossae nullam fidem habeo (*Μελιτέων — ἐμελέτων*). Wilamowitz putat glossam aut oratoris aut (quod praefert) comici locum spectare: 'domus erat publica pagi Melitensium' (per colloquium).

alibi *Ἀμφιπολίτης* designatur (cf. infra nr. 108), siquidem notissimum est praecipue artifices saepe complurium civitatum simul cives fuisse (cf. etiam nr. 26 et 47). Plerumque eadem de causa et in nominibus, quae nequaquam videntur Attica esse, offendendum non erit. Ut exemplo utar, nomen *Ποιμανδρίδης* Athenis primum quidem occurrit, sed de civitate illius viri dubitari non potest (cf. nr. 141). Plurimos ergo horum technitarum sumemus vel ipsos (sic propter nomen ille *Κράτερος* sine dubio natione Amphipolites fuit, non honoris gratia) vel maiores ab Atheniensium populo civitate donatos fuisse. Fieri tamen etiam potest, ut Atticum nomen adhuc ignotum exstet.

Quibus expositis iam prosopographiam Attici collegii appono primum eo consilio, ut ipse videas, quam multi technitae noti sint, tum autem quod mihi quidem persuasum est omnem prosopographiam, vel tam parvam quam hanc, utcumque usui esse posse imprimis iis, qui titulis student.

Omnes hi technitae collegio Attico titulis ipsis certo ascribuntur exceptis nr. 1, 18, 133; tamen ii quoque haud dubie sodales fuerunt; in fine posui quattuor illos poetas, qui in tit. Delphico FdD III 2, 50 participes synodi *τῶν ἐν Ἀθήναις ἐποποιῶν* commemorantur, quoniam de hac non satis constat (cf. supra p. 18 not. 2 fin.). Si quis etiam in prosopographiis Kirchneri Sundwalli Connoris reperitur, numeros adieci; sed supersedi, ne longior essem, semper significare, num unus ex his viris doctis iam ipse quoque agnoverit hominem quendam et technitam fuisse. Appellationem *Ἀθηναῖος* non exhibui, nisi aliunde certa vel probabilis est (signo interrogationis addito); nomina, quae ipse supplevi, asterisco signavi. Denique, quibus de causis aliter ac Colin titulum FdD III 2, 47 anno 128, 48 anno 94, 49 anno 106 aut 97, 50 anno 128 attribuerim, epimetro primo exposui.

1. *Α . . . . . κράτου Ἀθηναῖος (Φυλάσιος).* in tit. votiv. collegii s. fere III (IG II[1] 1338).
2. *Ἀγαθοκλῆς Σωκράτους. κωμωιδός; ἀισύμενος παιᾶνας. θεωρός, κωμωιδός* Delphis a. 94 (FdD III 2, 48). — Connor 7.
3. *Ἀγήνωρ Ἀπολλωνίου Ἀθηναῖος (Ἀχαρνεύς). Πυθαϊσιης παῖς* a. 138 (FdD III 2, 11); a. 128 *Πυθαϊσιής* (FdD III 2, 12)[1])

[1]) Apparet igitur Colinum in v. 3 huius tituli *π[υ]θαισ[ταὶ παῖδες·]* non recte supplevisse; idem demonstrant etiam *[Τιμοκλ]ῆς Ἱππάρχου* (v. 15), qui

atque simul κιθαριστής (FdD III 2, 47); in tit. votiv. init. s. I (IG III 720). Pertinet ad gentem Eumolpidarum (cf. stemma sub PA 9111). — PA 114; Sundwall p. 4.

4. Ἀγησίλαος Φιλίσκου. ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 128 (FdD III 2, 47); eius pater fortasse PA 14427: Φ. Ὀῆθεν. ὑπὲρ τούτου ἐπέδωκεν ὁ πατήρ a. 183 (IG II[1] 983).

5. Ἀγὼν Κλέωνος. αὐλητής et αὐλ. πυθικός Delphis a. 94 (FdD III 2, 48).

6. Ἀθήναιος Ἀθηναίου Ἀθηναῖος (Στειριεύς) (?). ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 128 (FdD III 2, 47); idem probabiliter PA 230 Ἀ. Ἀ. Στειριεύς in catal. IG II[1] 1050; nam Kirchner mihi dixit hunc titulum etiam antiquiorem esse posse quam 'fin. s. I'.

7. Ἀλέξανδρος Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος. κωμικὸς ποιητής; ἐπιμελητής Delphis a. 106/97 (FdD III 2, 49); ἐπιμελητής et ἀρχεθέωρος ibidem a. 94 (FdD III 2, 48). Videlicet idem atque Ἀ. Ἀριστίωνος (sic) Ἀθηναῖος (PA 493), qui vicit Orchomeni κωμωιδιῶν ποιητὴς τὰ Χαριτείσια et τὸν νεμητὸν ἀγῶνα τῶν Ὁμολῴων τὰ ἐπινίκια in. s. I (IG VII 3197).

8. Ἀλέξανδρος Νικολάου. ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 128 (FdD III 2, 47).

9. Ἀνδρέας Ἄνδρωνος Ἀθηναῖος. ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 94 (FdD III 2, 48); est scilicet oriundus ab eo, qui PA 918 exstat Ἄνδρων Ἀνδρέου Ἀθμονεύς (IG II[1] 1717: tit. sep. post fin. s. IV).

10. Ἀνθεστήριος Ἀνθεστηρίου Ἀθηναῖος (Ἀναγυράσιος). ἔφηβος a. 117 (IG II[1] 465 = II[2] 1009); ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 94 (FdD III 2, 48). — PA 949.

11. Ἀντίοχος Ἀντιόχου. ποιητὴς τραγωιδιῶν Delphis a. 94 (FdD III 2, 48).

12. Ἀπελλῆς Ἀπελλοῦ Ἀθηναῖος (Σουνιεύς). κιθαριστής Delphis a. 128 (FdD III 2, 47); in tit. votiv. fin. s. II (IG II[1] 1412). — PA 1340.

13. Ἀπολλόδωρος Ἀπολλοφάνους. ἀισόμενος παιᾶνας Delphis a. 128 (FdD III 2, 47).

---

eodem anno ἱππεύς exstat (FdD III 2, 41), et Ἀριαράθης Ἀττάλου (v. 9) (cf. Sundwall p. 24 5, cuius sententia a Ferguson [Klio VIII 1908 p. 354] nequaquam redarguta ergo confirmatur); sed occurrunt et permulti παῖδες cf. Colin FdD III 2 p. 20 not. 1.

14. *Ἀπολλόδωρος Νικάνορος. ἀισόμενος παιᾶνας* et *κωμωιδός* Delphis a. 128 (FdD III 2, 47). — Connor 43.

15. *Ἀπολλόδωρος Χρυσίππου. ἀισόμενος παιᾶνας* et *τραγωιδός* Delphis a. 128 (FdD III 2, 47). — Connor 44.

16. *Ἀπολλώνιος . . . . ναίου. κιθαριστής* Delphis a. 94 (FdD III 2, 48).

17. *Ἀπολλώνιος Καλλισιράτου. ἀισόμενος παιᾶνας* et *ποιητὴς τραγωιδιῶν* Delphis a. 94 (FdD III 2, 48).

